Insignia magistralia indepti sunt sub M. Theobaldo Abascantio ex Pillikan, theologiae studioso, 7. Idus Octobris sub assignato anno.

Decano M. Alberto Kobler Althorffensi, s. theologiae bacca-
97v laureo, anno 1520° 20ª Decembris electo — anno 1521° tertio Nonas Martij baccalaurei subscripti (viae modernorum), praeuio tentamine et examine, licentiam et insignia magistralia in artibus eo quo sequuntur ordine receperunt:

1. Hieronymus Schmeltz Landoiensis. d.
2. Conradus Diem Heydelbergensis. d.
3. Thomas Gabler Stuckardianus. d.
4. Mauritius Breunlin Mospacensis. d.
5. Vuolfgangus Weydner Argentinus[6]. d.
6. Nicholaus Bub Spirensis. p.
7. Joannes ex Zeutternn. p.
8. Vitus Hasz Wiszlacensis. p.

Togam magistralem sumpserunt sub M. Kiliano Euandro[7], utr. iuris baccalario.

Decano M. Joanne Marquardo Husensi, diuinarum literarum baccalaureo, anno 1521° nono Calendas Julias electo[8]. —

Decano M. Philippo Munch Budorino, s. theologiae bacca-
103. laureo, anno 1521° in uigilia Thomae ap. electo[9] — anno 1522° 26ª Januarij[10] infrascripti baccalaurei (vie moderne), tentamine atque examine

[1] baccal. Friburgensis, assumptus in commercium baccalaureorum facultatis artium 17. Septembris 1519. [2] baccal. Coloniensis, assumptus ad consortium baccalaureorum 17. Sept. 1519. [3] al. Laterificis. [4] al. Kober, compleuit pro magisterio Franckfordiae ad Oderam. [5] baccal. Tubingensis, receptus ad baccalaureorum ordinem Idibus Septembribus 1520. [6] compleuit pro magisterio Tubingae. [7] al. Gutman ex Weygerszheim. [8] Das Examen in via antiqua fiel aus, weil keine Kandidaten vorhanden waren. A. F. A. III. 102v, 103v. [9] 23. die Decembris 1521 «in contione facultatis decretum est, solum ea statuta facultatis praelegenda in scholis artium, quae ad uitae morumque integritatem spectant, alia uero de ordinario magno, ut uocauere, siue lectionibus formalibus canebant; quando hec iam olim in decanatu praecedenti explosa et antiquata sint nec possint interim alia per facultatem condi, ipsa eadem facultas obticeri potius, quam non sine omnium cachinno praelegi uoluit, adiecta tamen in fine paraclesi ad discipulos de futura studiorum nostrorum restitutione». 1522 erschien dann die Reformation Ludwig's V. [10] Muss «Februarij» heissen.

Digitized by Google

praeuijs, licentiam et insignia magistralia eo quo sequitur ordine indepti sunt:

1. Dionysius Graf ex Eszlingen. p.
2. Philippus Bawman Heydelbergensis. d.
3. Bonauentura Chalybius Dillingensis. p.
4. Jacobus Diemar Heylprunnensis. p.

Togam magistralem sumpserunt sub M. Joanne Marquard, s. theol. bacc.

Decano M. Anthonio Coci Seletstadiensi[1], iuris vtriusque baccalaureo, anno 1522° nono Calendas Julias electo — 6° Nonas Octobris eiusdem anni infrascripti baccalaurei (vie antiquorum) ordine quo sequuntur ad licentiam in artibus admissi per decanum, vices cancellarij gerentem, locati sunt: 106v

1. Sebastianus Fullonis ex Kalb. d.
2. Andreas Weisz ex Miltenberg. d.
3. Daniel Bipontanus ex Hagenaw. d.
4. Christophorus Stamler ex Hagenau. d.
5. Crispinus Cęsar Heydelbergensis. d.
6. Vldaricus Neutz ex Eberbach. d.
7. Adam Wernherus Temarensis. p.
8. Christophorus Pfundtstein ex Gengen. d.
9. Christophorus Wynckler Heydelbergensis. d.
10. Wernherus Bremer ex Dirmstein. d.
11. Petrus Rietman ex Vlma. p.

Magistratum in philosophia adepti sunt sub M. Martino Frecht, s. scripturae baccal., 2° Idus Octobris.

Decano M. Vendelino Schelling, iurium baccalaureo, anno 1522° precedaneis ferijs diui Thomę electo — anno 1523° quinto die Marcij magnanimi hij adolescentes (de via moderna) magistrali corona insigniti fuere hoc ordine: 109v

1. Sigismundus Styer ex Helpronnen[2]. p.
2. Lucas Schutz Argentinensis. d.
3. Theobaldus Gerfalck ex Argentina. d.
4. Theodoricus Reyszman Bodorinus[3]. d.
5. Nicolaus Rubel ex Mungelszheym[4]. d.
6. Job Gast de Künzelszheym. d.
7. Johannes Wynther ex Helpronnen. d.

Sub M. Sebastiano Hugonis ex Argentina.

Decano M. Joanne Isenmanno Hallensi, theologiae baccalaureo, anno 1523° in profesto diui Thomae ap. electo — anno 1524° tertio Nonas Februarij adolescentes pie eruditi, quorum nomina huc scripta, magistralem togam sumpserunt ordine quem vides, verum paulum diuersò locatos, nam contubernia sibi cesserunt mutuo[5]. Primus locus est datus, tamen sine lege, ei, qui ex eodem contubernio esset eruditior, e quo magister insignitor esset; secundus locus contubernio realium; tertius nouo; alij sua sorte locati, qua academiam sunt ingressi[6]: 113.

[1] al. Coquus Seleziensis. [2] baccal. Franckfortensis, receptus in consortium baccalaureorum 3. Febr. 1523. [3] baccal. Wynthenbergensis(!), rec. in consortium baccalaureorum 3. Febr. 1523. [4] baccal. Erfurdianus, rec. ad consortium baccalaureorum 26. Febr. 1522. [5] Vergl. Th. I S. XII. Was dort von der Prüfung u. s. w. der Baccalaureanden gesagt ist, gilt auch von hier ab für die der Magistranden. [6] Im August 1526 wurde über die Location der Magistranden bestimmt: quod semper primum locum haberet baccalaureus eruditior ex eo con-

Digitized by Google

III.

1. Alexander Mercklin Marpacensis. d.
2. Joannes Stoffel Haidelbergensis. d.
3. Joannes Vuolphius Rorbacensis. p.
4. Nicolaus Lotz[1] Ceruicornuënsis. d.
5. Georgius Chelblin (ex) Vahinga. p.
6. Melchior Chunlin[2] Vlmanus. d.
7. Nicolaus Teschenmacher Hedelbergensis. d.
8. Foedericus Rychshofen Hedelbergensis. d.
9. Guendalinus Baur Phorcensis. d.
10. Mathias Vehe Biberacensis. p.
11. Joannes Hetzer Rottenburgius. p.
12. Petrus Cholb Ceruicornuënsis. p.

Magistri insigniti sunt per M. Guolphangum Weidman, Sueuici contubernij moderatorem.

Decano M. Martino Frechto Vlmensi, theologiae baccalaureo, anno 1524° sabbatho dominicae Oculi[3] electo. —

Decano M. Johanne Pauonio[4] Eppingensi, utriusque iuris
116v licenciato et imperatoriarum institutionum lectore publico, anno 1524° in vigilia Thome ap. electo — anno 1525° 16° Kalendas Marcias insigniti sunt sequentes nouem baccalaurei et magistralibus honoribus insignijsque decorati ordine hoc ut sequitur:

1. Johannes Andreę de Vuiszbaden[5]. d.
2. Bernhardus Mercklin de Kircha[6]. p.
3. Stephanus Herpffer de Vuerdea. p.
4. Johannes Arnoldi, sacellanus et pedagogus comitis illustris ab Hennenberg, rectoris magnifici[7]. d.
5. Georgius Siboldi de Kettershusen. p.
6. Zeno Richardi de Vlma[8]. d.
7. Petrus Rodt ex Argentina. p.
8. Johannes Agst de Berga. d.
9. Joannes Knausz ex Augusta. p.

Magistralem mitram honestamque missionem in artibus acceperunt ab M. Jacobo Curione de Hoffheim.

---

tubernio, ex quo magister insignitor seu determinator esset; secundum autem locum occupet baccalaureus contubernij illius, quod in proximum annum determinatorem dabit; tertium locum obtineat adolescens tertij contubernij; ceteri autem, si qui residuj essent, pro cuiuscunque eruditione locentur.

[1] al. Lutz. [2] al. Kunlin. [3] Eodem die decanus M. Joannes Isenmannus magistratum suum abdicauit, quandoquidem in parrochum Hallensium vocaretur. [4] al. Pauonis. [5] baccal. Moguntinensis, rec. in consortium baccalaureorum 3. Novembris 1524. [6] al. Kirchen, baccal. Tubingensis, rec. ad numerum baccalaureorum 5. Januarij 1525.

[7] Vergl. A. F. A. III. 115: 16ª Decembris (1524) habito senatui facultatis duo è baccalaureis sollicite admodum anxieque apud decanum ęgerunt vt eorum duo libelli supplices offerentur, quorum vnus Joannes Arnoldi sacerdos, generosi principis Christophori comitis ab Hennenberg, qui tum in studio hic agebat, pedagogus. Is nobiscum vltra annum vixerat quantumque per comitis negocia licuit contuberniales audierat, qui et suppliciter petijt, quando certo non sciret se ad proximum visitationis Mariae festum hic permansurum, clementer facultas dignaretur eum baccalaureorum Heidelbergensium numero et proxime promouendorum coetui adgregare, pollicebaturque, si quid per eum esset neglectum, qua posset in posterum sedula diligentia id vellet resarcire nacto magisterij gradu. Facultas ęgre à lectis nuper statutis (Ludouici V.) recedens, perpendens illius sacerdotis

Digitized by Google

Decano M. Wendelino Heylman de Richertzhauszen, iuris vtriusque licentiato, anno 1525° in vigilia Thome ap. electo — anno 1526° 7ª mensis Augusti adolescentes pie eruditi, quorum nomina huc scripta, magistralem togam sumpserunt ordine quem vides: 118v

1. Johannis Fabri ex Empfingenn[1], nouista. d.
2. Philippus Strausz ex Alczeya, sueuista. d.
3. Jacobus Seckel Hallensis[2], realista. d.
4. Conradus Schuman ex Hoffenn, realista. p.
5. Michael Lanij ex Leyman, nouista. d.

Togam magistralem sumpserunt sub M. Joanne Vuolffio ex Rorbach, medicę professionis studioso, 7° Idus Augusti.

Decano (II.) M. Martino Frechto Vlmensi, theologiae baccal., anno 1526° in vigilia diui Thomae ap. electo — anno 1527° die Sixti, que fuit sexta Augusti, infrascripti tentaminis et examinis publici luditio(!) probati sicque locati licentiam et magisterium vt vocant in publica artisciorum schola acceperunt: 121.

---

integritatem et eruditionem, preterea statuta facultatis ferme per triennium non lecta potius futuros quam preteritos obligantia, magna gratia et clementia huius petitioni acquieuit, ea lege, vt loco iuramenti prestita fide firmaret se Erphordie ante viginti annos in baccalaureum promotum, id quod perquam sancte confirmauit; deinde, si eum in magistrum promoueri contingat, bis gratis sabbathinae disputationi presideat audiatque diligenter post nactum gradum saltem vnius publici professoris lectionem vsque ad abitum suum. Atque ea conditione et gratia numero baccalaureorum et magistrandorum adsociatus est.

Alter Joannes Axt multo sollicitius egit, vt pari clementia potiretur. Is apud Francofurdtienses aliquamdiu egerat honestissime, quod et senatus literis sigillatis testatus est, ab eodemque annua pecunia ei pollicita erat, si modo studiose hic in literarum campo versaretur, quam quidem pecuniam verebatur diminutum iri, si modo epiphanię festo in magistrum non promoueretur, cuius tamen mentionem nonnihil fecerat apud senatum. Is plus tempore quam prior deficiens, petebat et plus oneris ei à facultate imponi. Facultas vt cum priore egre dispensauit idque ea lege, vt iuramenti loco obstringeret se Lipsiensem baccalaureum esse, id quod fecit; deinde post nactum gradum bis sabbatho presideret publice audiretque per dimidium annum diligenter publicum professorem; et quod sponte sua pollicebatur, Rudolphi quoque dialectica per idem tempus diligenter se completurum, facultas hominis intęgra simplicitate et studio mota vt priorem admisit, verum hoc firmissime secum constituit, et grauiter et seuere in posterum iuxta lecta statuta acturam sese neque esse, quod posteri raram illam gratiam et invsitatam clementiam in exemplum trahant. Cęterum corollarij vice adiunctum est, vt, si tertius, qui tamen non vsqueadeo sollicite ęgit, eandem sibi clementiam à facultate impartiri cuperet, non inclementem sentiret senatum unum. Erat enim is Tubingensis baccalaureus, scholae Neccharęę hypodidascalos, et innocentia vitę et eruditione facundiaque singulari clarus.

[3] Ingoltstadij et Tubingae per sesquiannum ad magisterium compleuit, receptus in cathalogum baccalaureorum 20. Augusti 1524.

[1] «In vigilia epiphanie domini (1526) receptus est in catalogum baccalaureorum Joh. Fabri, qui praestito iuramento vna viuo teste docebat, se Ingolstadij baccalaureatus gradum consecutum annumque integrum post adeptum gradum apud Ingolstadienses degisse.» A. F. A. III. 117v. Dagegen heisst es Bl. 118v (Juli 1526) bei der Prüfung der Mängel der Magistranden von demselben: apud Friburgenses compleuit annum, apud nos annum dimidium etc. [2] baccal. Tubingensis, rec. in cathalogum baccalaureorum 20. Augusti 1524.

Digitized by Google

I. 1. Chunradus Stöcklin ex Dinckelsbiel[1], sueuista. p.
2. Joannes Synapius ex Schweinfurdt[2], realista. d.
3. Petrus Kirsherus ex Buhel, nouista. p.
4. Georgius Lynck ex Hirshorn, p.
5. Jacobus Prob ex Alczeia[1], sueuistę. d.
6. Jodocus Mon ex Vuormacia[1], d.

} Sub promotore M. Petro Rot Argentinensi, medicę professionis studioso[3].

Decano M. Sebastiano Hugelio[4] ex Heilgenstein, utrorumque iurium licentiato, anno 1527° in vigilia s. Thomę ap. electo — anno 1528° quinta Januarij ex more[5] conuocatis magistris de facultate ad aperiendum tentamen pro baccalaureis ad licentiam in artibus adspirantibus omnium consensu conclusum fuit, ut tentamen aperiretur fieretque in valuis ecclesię intimatio. Ceterum cum nemo compareret, nec electi
123v sunt tentatores nec promotio habita[6]. Decima tertia Augusti eiusdem anni infrascripti baccalaurei, tentamine et examine publico comprobati et admissi, licentiam et magistralem mitram acceperunt eoque ordine qui sequitur locati sunt:

1. Joannes Wernherus Themarensis, realista. p.
2. Guilhelmus Knittel ex Lauden, nouista. p.
3. Anastasius Cratander ex Durlach. d.
4. Valentinus Cleynman ex Oeringen[7], realista. d.
5. Joannes Wild ex Eysznen, nouista. p.
6. Petrus Köberer ex Wimpina, sueuista. d.
7. Lucas Jeger ex Detelbach, realista. p.
8. Joannes Rothtus Halprunnensis, sueuista. p.
9. Rudolphus Abeck de Bregantia, realista. d.
10. Wendalinus Hetzel Offenburgensis. p.
11. Marcus Deas ex Föringen, realista. p.

} Magisterij insignia receperunt sub M. Petro Riethman anno 1528° die 13. Augusti.

Decano M. Vito Hasz ex Wissenloch, theologiae baccalaureo, anno 1529° post festum circumcisionis electo[8]. — [9]

---

[1] «Anno 1527 sabbatho Jubilate Conradtus Stöcklin, Ingolstadij baccalaureatum consecutus, quod sanè viuo testimonio probo docuerat, et Jodocus Man Vuormaciensis, qui literis ab Erphordiensibus et Vuittenbergensibus impetratis testabatur et studia et gradum primę laureę, in consortium baccalaureorum sunt recepti, quibus iunctus fuit Jacobus Prob Alczeianus, Moguntię baccalaureatum consecutus.» [2] In conuocatione facultatis in vigilia visitationis Marię 1527 facta «Joannes Synapius Schweinfurdianus latine et grece doctus facultati literas monstrabat à Lypsensibus, qui perquam sancte probis testimonialibus literis testabantur, iuvenem illum primam in artibus lauream apud sese accepisse, deinde iustum absoluisse in horum publico gymnasio tempus pro obtinendo magisterio; testabantur et Vuittenbergenses suis huic Synapio datis literis, hunc strennue in sua schola publica sub preceptore Melanchthone bonis literis operam nauasse, quibus locupletibus testibus facultas contenta fuit huncque in baccalaureorum album recipiendum esse decreuit.» [3] et tertio regente contubernij Sueuici. [4] al. Hugonis, al. Hug. [5] iuxta nouae reformationis prescriptum. [6] Ebenso 1526 und 1527 zur selben Zeit. [7] «Grunszfeld» ist von anderer Hand übergeschrieben. [8] «Anno 1529° contübernijs Eberbachi agentibus ob aerem pestiferum facta est conuocatio a vicedecano nostre facultatis virorum quorundam, qui Heidelbergę remanserant, adeoque et aliorum è senatu nostro, qui ab Eberbacho descenderant ad eligendum decanum Heydelbergę, siquidem hoc perpetuis temporibus sic obseruatum fuerat, ut, ubicunque essent contubernia, nihilo tamen minus decanus

Digitized by Google

Decano M. Petro Ryethmanno (Vlmensi), theologiae baccalaureo, anno 1529° in praecidaneis Thomae ap. electo — anno 1530° 15ª Februarij infrascripti tentaminis et examinis publici inditio probati 128v sicque locati licentiam et magisterium vt uocant in artisciorun schola acceperunt:

1. Wolfgangus Martialis[1],	nouista.	p.	
2. Adamus Bartholomaeus,	sueuista[2].	p.	
3. Antonius Buchius Nordlingiacensis,	realista.	p.[3]	
4. Joannes Hartungus Miltenburgensis,	realista.	d.	
5. Franciscus Geller,	sueuista.	p.	
6. Wernherus Seltz,	nouista.	p.	
7. Petrus Wernherus Themarensis,	realista.	p.	Sub promotore M.
8. Chunradus Breunlin Mosbacensis,	sueuista.	d.	Joanne Sinapio.
9. Philippus Vangio,	sueuista.	d.	
10. Stephanus Vnkör[4],	real.	d.	
11. Ottomarus Stab Wisselocensis,	sueu.	p.	
12. Wolfgangus Haylman Wisselocensis,	sueu.	p.	
13. Hyeronymus Gentner Phorcensis[5],	sueu.	d.	
14. Menradus Moltherus Augustensis[6],	real.	d.	

Heydelbergę eligeretur, idque in posterum sic obseruandum statuit vniuersitas. In ea igitur conuocatione, que non facta est legittimo die videlicet in vigilia Thomę anni 28. ob regentum absentiam, sed habita est post festum circumcisionis anno quo supra, electus est M. Vitus Hasz . . . in decanum dictę facultatis ac sic antiquo decano agenti in Eberbacho literis peculiaribus assignatus» etc.

[2] Im Juli 1529 sollte ein Tentamen stattfinden, die Kandidaten meldeten sich aber nicht rechtzeitig, «dempto vno, Vuolfgango Martiali, qui sumptibus faciendis solus non sufficiebat». — «Octauo Idus Maij (1529) . . . conclusum est, ut nulli studiosorum adolescentum quicquam temporis pro completione reputaretur, qui non fuisset albo vniuersitatis nostrę inscriptus, verum perpetuis temporibus semper a die, quo receptus quisque esset in numerum conscriptorum, reputandum censuit (facultas), quapropter et regentibus contuberniorum id committi voluit, ut sedulo suos nouiter acceptos discipulos hortentur, quo in tempore inscribantur. Propterea Nicolaus Finck ex Braunbach, qui tum ferme 4 menses visitauerat non inscriptus atque cum id facultati ex ignorantia indicasset factum, ex gracia ad tentamen (baccalaureandorum) admissus est» etc. Wie hier die Fakultät gleich von dem eben gefassten Beschlusse abwich, so ist auch später kein Fall zu finden, dass sie an demselben festgehalten hätte. Vergl. Th. I S. XXVI A. 1.

[1] «Anno 1529° in profesto visitationis Marię virginis inscriptus est albo baccalaureorum nostrę facultatis ingeniosus bonarum artium baccalaureus Guolphangus Martialis è Styria, ea tamen lege, cum ob paupertatem non posset medium aureum, quem pro sua inscriptione facultati debebat, persoluere, ut eundem medium florenum, si quando ad feliciorem fortunam fuisset euectus, incunctanter persolueret, ceterum pedello nihil differret, potius illi vel prompto aere adeoque ex voto responderet, siquidem illi vna aurei quarta erat dissoluenda, vel seorsim eidem pro dilatione incessanter supplicaret.» Vergl. die vorige Anm. a. A.

[2] «apostata» ist später bemerkt.

[3] «*dedit in decanatu M. Joannis Geyselbachij.*»

[4] al. Vncker, baccal. Wittenbergensis, rec. in consortium baccalaureorum 5. Januarij 1530.

[5] «Anno 1529° 8. post Kalendas Julij receptus est in baccalaureorum nostrorum consortium discretis moribus solidaque eruditione baccalaureus Hieronimus Gentner ex Pfortzen, qui cum vehementer extimesceret crudelissimam Anglici

Digitized by Google

I. Anno quo supra 1. Julij congregata facultas magistrandis aperuit tentamen . . . , sed propter paucitatem candidatorum haec promotio in aliud tempus reseruata est. Sequenti parte anni[1] nihil in facultate est actum propter pestem crudelem, quae tum in studiosos tum reliquos ciues quam acerrime saeuijt, in quorum numero etiam M. Petrus Riethmannus, illius anni decanus, cum omnes fere alij studiosi hinc aufugerant, multorum cum querela interijt. Quo mortuo licentiatus (iurium M.) Guendalinus Heylman, ne facultas capite careret, ad finem usque anni decani vices gessit.

Decano M. Joanne Vuolfio Rorbacensi, medicinarum studioso,
131. anno 1530° in vigilia Thomae ap. electo — anno 1531° octaua Augusti subscripti iuuenes acriter tentati et examinati magisterij insignia summa cum laude acceperunt:

1. Egidius Schweicker,	sueuista. d.	Insignia dedit M. Georgius Kelblin, contubernij Sueuorum regens primarius.
2. Leonardus Bodenstein,	nouista. p.	
3. Joannes Werlin,	sueuista. p.	
4. Ambrosius Schleenriedt,	nouista. p.	
5. Michael Rebstock,	sueuista. p.	
6. Baltassar Cellarius,	sueuista. p.	

Decano M. Georgio Kelblin[2] Horrhano, rei medicae studioso, anno 1531° in profesto diui Thomae ap. electo — anno 1532° in vigilia epiphanię domini conuocato facultatis artium senatu super tentaminis pro licentia in artibus certaturis apertione omnium consensu tentamen

sudoris pestem, quę paulo post eam conuocationem grassari occeperat, abijt nobis ac pedello insalutatis, a quo reuerso nouus decanus medium florenum facultati persoluendum iuxta leges in statutorum libro descriptas optimo iure postulauerit, siquidem is fide loco iuramenti sese soluturum toto in facultatis senatu est contestatus.» «*Facultati satisfecit in decanatu M. Kelblin 24. Julij anno 32.*»

[6] «Anno 1530° septima Januarij congregatis consiliarijs facultatis praelegit Riethmannus supplicationem oblatam per Menradum Moltherum, hominem doctum et candidum, cumque illa ipsa supplicatio aliquid inconsueti à facultate peteret, non recusarunt, non annuerunt consiliarij, ne quicquam temere aut preter maturum consilium diceretur à facultate commissum esse. Considerata igitur clausula in noua reformatione (Ludovici V.) concepta, qua exprimitur nouos difficilesque casus debere ad cancellarium illustrissimi principis referri etc., in haec verba «Wo sich aber schwere treffenliche sachen» etc., censuerunt consiliarij Menradum ad illustrissimum principem nomotheten ipsum siue eius cancellarium cum supplicatione sua mittendum, vt quod illic sibi per gratiam concessum fuisset, consiliarios id libenter secuturos. Itaque responsum est facultati post aliquot dies per Petrum Harrer, non esse contra cancellarium, si facultas Menrado iuxta petitionem suam, id enim supplicauerat, vellet et primam in artibus lauream et magisterij insignia porrigere, eoque longo et pleno tempore apud vniuersitatem degisset, tum quoque satis esset et bonus et doctus, praesertim cum et superiore anno eius eruditionis causa secum esset dispensatum, quando praeter magistralem gradum illi baccalaureatus in theologia collatus fuisset. Addebatque Petrus Harrer secretarius, ne deinceps à quoquam id in exemplum trahi pateretur, se facultati nomine principis literas daturum, quae essent docturae, eam dispensationem, que Menrado contigisset, non ex arbitrio facultatis sed voluntate principis et cancellarij esse habitam. Itaque eodem die promotus est Menradus et in baccalaureum et in magistrum, illico gradibus sese alternatim concomitantibus; Sinapius ei tribuit primam lauream.»

[1] Von Ende Juli ab. [2] al. Kälbl.

Digitized by Google

apertum est. Tentatores electi sunt: è contubernio Sueuico M. Vitus Hasz, theol. bacc., et M. Joannes Rodt; de contubernio nouo Joannes Wolfius Rorbacensis, med. licentiatus, et M. Adamus Bartholomeus; de contubernio realium Joannes Stopplerus, iurium licentiatus, cui adiunctus est M. Anthonius Buchius Nördlingensis[1]. Altera epiphanię domini congregatis cum decano tentatoribus tres licentiandi comparuerunt, qui in tanta tum annonę caritate sumptuum excrescentiam metuentes, nisi plures conuenirent, se solos ferre promotionis sumptus recusarunt. Decanus itaque cum tentatoribus, sperantes plures adfuturos, tentamen ad octiduum, idque contra consuetudinem, extraxerunt. Octiduo autem hoc exacto rursum decanus cum tentatoribus in stuba examinis conuenerunt, cunque nullus magistrandorum compareret, conclusum est tentamen et reiecta est promotio in proximum visitationis Marię festum, quando et annonę caritatem remissiorem fore pluresque licentiandos adfuturos spes erat.

Anno 1532° octauo Idus Augusti subscripti baccalaurei septem[2] legittime tentati et publice examinati, obtento prius à vicecancellario consensu determinandi, ad recipiendum licentiam et doctoratum in artibus sunt admissi atque hoc ordine quo apparet locati: 132.

1. Michael Mack Heydelbergensis,	realista.	d.	Insignia contulit M. Menradus Moltherus Augustanus, theol. baccal. et contubernij realium regens.
2. Bernhardus Maijus Brettanus,	nouista.	d.	
3. dom. Georgius Schwycker Vahingensis	sueuistę.	d.	
4. Hermannus Hornspach Ammelburgensis[3]		d.	
5. Antonius Felbach Bruchsellensis		p.	
6. Laurentius Schleenriedt Herbipolensis,	nouista[4].	d.	
7. Nicolaus Finck Branbachensis,	realista.	p.	

[1] Wie hier, so ist auch sonst immer in den Acten die Eröffnung des Tentamens, die Wahl der Tentatoren u. s. w. vermerkt.

[2] «Altera visitationis (1532) senatus facultatis artium septem magisterij candidatorum defectus in hunc qui sequitur modum iudicauit: vt ij, qui disputationes quas uocant quadragesimales non compleuissent, in vna disputatione publica sabathinali post magisterij gradum adeptum gratis persoluenda punirentur, at qui vna cum predictis disputationibus quadragesimalibus etiam in responsionibus tum ordinarijs tum extraordinarijs deficerent, duabus disputationibus gratis peragendis adstringerentur. Sic tandem dom. Georgius Schwyckerus lectiones aliaque magisterij gradum concernentia ante quindecim annos in hoc nostro gymnasio compleuisse literis testimonialibus sufficienter docebat, exceptis quibusdam disputationibus ordinarijs, in quibus deficiebat, quapropter idem dom. Georgius, Michael Mack, Bernardus Maius, Nicolaus Finck et Anthonius Felbach singuli puniti sunt in vna disputatione, reliqui vero duo in duabus disputationibus, sic tamen, vt vnam per sese, alteram per alium (auf ihre Kosten) perficere liceret.» Kandidaten, welche alle Vorschriften pro completione ad magisterium erfüllt haben und bei welchen keine Mängel zu finden sind, sind nicht gerade häufig. War den Vorschriften in der Hauptsache genügt, so fand keine Zurückweisung vom Examen statt, die Defecte wurden in der angegebenen Weise oder ähnlich (auch durch Geldstrafe) geahndet, Disciplinarvergehen, unter welchen (hauptsächlich allerdings bei den Baccalaureanden) das Werfen mit Steinchen während der Lehrstunden in älterer Zeit eine grosse Rolle spielt, in der Regel bis zu dieser Zeit ungefähr durch Auferlegung einer Busse von einem oder etlichen Pfunden Wachs, später durch eine (directe) Geldstrafe. Vergl. S. 448 A. 1 und S. 452.

[3] de nobili stemmate natus, baccal. Ingolstadiensis, adsumptus in consortium baccalaureorum 1. Julij 1532.

[4] «*apostata*» später bemerkt.

Digitized by Google

I. Decano M. Antonio Buchio Nordlingensi, iurium studioso, anno 1532° in vigilia diui Thomę ap. electo — anno 1533° 4ª Januarij tentamen pro adspirantibus ad licentiam in artibus est apertum, at 7ª Januarij, cum nullus licentiandorum comparuerat, clausum ac in aliud
136v tempus magis idoneum reiectum est. Anno quo supra 12. Augusti sequentes tredecim adulescentes[1], priuato tentamine ac publico examine satis comprobati eoque qui sequitur ordine locati, licentiam ac insignia in artibus foelici auspitio receperunt:

1.	Jacobus Micyllus Argentinus, linguę Grecę vniuersitatis nostrę professor publicus doctissimus[2],	nouista.	d.	Insigniti sunt ab M. Joanne Fabri Empfingensi, iuris utriusque licentiato, contubernij noui regènte.
2.	Jacobus Speirer Landoiensis,	sueuista.	d.	
3.	Jodocus Klein Lutrensis[2], canonicus ac parrochus ibidem	realistę.	d.	
4.	Casparus Keller ex Wachenheim		d.	
5.	Ciriacus Frey ex Binigkeim,	sueuista.	p.	
6.	Guolffgangus Wolff (ex) Wimpina,	realista.	d.	
7.	Georgius Oschwald ex Matzensiesz,	nouista.	d.	
8.	Matheus Bochsler Rinsianus,	realista.	p.	
9.	Joannes Bŏcklin Campidonensis[3],	nouista.	p.	
10.	Baltassarus Pfeiffer ex Geylhausen[4]	realistę.	p.	
11.	Jacobus Ziegler Pfortzensis[2]		d.	
12.	Henricus Rosenplat, eccl. regalis s. Spiritus vicarius	nouistę.	d.	
13.	Jacobus Holtzwart[2]		p.	

[1] Altera post visitationis Marię (1533) facultate artium congregata «defectus magistrandorum in hunc modum sunt iudicati: Quadragesimales disputationes omnes neglexerunt, omnibus igitur, vt quilibet disputationem sabathinam post adeptum gradum gratis perficiat, est iniunctum. In responsionibus tam ordinarijs quam extraordinarijs quidam defecerunt, qui, vt pro singulis neglectis singulos vt vocant batzeos persoluerent fisco applicandos, puniti sunt. Quod ad tempus attinet, omnes in nostra facultate satisfecerunt exceptis quatuor, cum quibus ita est actum: Jacobus Micyllus, linguę Grecę hic professor publicus, Erfurdię omnia quę gradum magisterij concernunt, id quod literis vt vocant completionum abunde testatus est, compleuit. Is, postquam in consortium baccalaureorum nostrę facultatis recipi petijt solitaque puncta bona fide loco iuramenti promisit, admissus est. Jodocus Klein, parrochus Cesareę Lutreę, gradum baccalaureatus ante XXIII annos hic adeptus, partim apud nos partim Colonię ac Louanij tempus compleuisse se confirmauit, is quoque aliorum numero est adscriptus. Jacobus Ziegler post baccalaureatum consecutum annum habet, pro reliquo tempore, in quo defecit, punitus est in vna disputatione sabathinali. Jacobum Holtzwart, superiori anno circa festum Martini in baccalaureum promotum, propter breuitatem temporis admittere, nisi principe illustrissimo vel eius consiliarijs vel dominis de vniuersitate iubentibus, facultas non potuit, ad eos igitur eum remisit. Atque ita altera die tentamen priuatum in ędibus Negellinis est exortum.» «XIII. Julij datum est in causa Jacobi Holtzwart ab illustrissimi nostri principis cancellario eiusmodi responsum: Si Jacobus predictus rectori presentibus decano ac quibusdam alijs de facultate bona fide loco iuramenti promittere velit, se ad spatium temporis, quo caret, post adeptum magisterij gradum completurum, illum esse admittendum. Quod quidem promisit licentiato Joanni Stoplero, eo tempore rectori magnifico, in atrio collegij presentibus ibidem decano» etc. In Betreff des p. Holzwart heisst es A. F. A. III. 132v: «14. Septembris 1532 conuocato per iuramentum senatu

Digitized by Google

Decano M. Joanne Fabri Emphingensi, iurium licentiato, anno 1533° in vigilia Thomę ap. electo — anno 1534° quarto Idus Februarij baccalaurej subscripti praeuio tentamine et examine licentiam et insignia magistralia in artibus eo quo sequitur ordine receperunt: 137v

1. Georgius Gemminger de Gemmingen. d.
2. Casparus Gretar de Gundelsheim. d.
3. Joannes Deschler de Alceimm. d.
4. Erhardus Schönperger Egranus. p.
5. Michael Sulczer de Hall. p.
6. Conradus Rudolphi ex Feringen. d.
7. Joannes Dumlerus de Hettenstetten(!). p.[1]
8. Paulus Othenwald de Heydelberga[2]. p.
9. Andreas Hefelin[3] Zellensis. p.

} Togam magistralem sumpserunt sub M. Dionisio Graff.

Decano M. Leonhardo Bodenstein Sueinfortensi, iurium studioso, anno 1534° 10. die Julij electo[4] — eodem anno altera visitationis, cum pridie tentamen ad magisterij insignia esset apertum,

---

facultatis artium: Jac. Holtzwart, medicinae studiosus, qui ante annum ab Vuittenberga huc aduolarat donatusque ab vniuersitate nostra publico stipendio medico, at ea lege, ut ad gradus artium accipiendos, quos uocant, tum baccalaureatus tum magisterij stipendium concernentibus sese pararet, id quod se facturum pollicitus est, quum autem hoc longius et ultra annum extraxisset neglexissetque, requisitus à quatuor decanis bonum vniuersitatis curantibus super illa negligentia respondit, nulla id sua negligentia contemptuue factum esse, sed quia tardius quam sperasset aduolarint literę testimoniales ab Vuittebergensibus, sine quibus se non admitti crediderit; dein suas facultates (seine Vermögensverhältnisse) non esse tam augustas, vt sufficiant recipiendo vix vno gradu nedum duobus; propterea sese orare decanos, ne aegre ferant illam extractionem. Decani habito respectu morum et eruditionis hominis precibus illius acquieuerunt, at ita ut sollicitet intra mensem apud facultatem artium de sui promotione. Venit itaque die quo supra proposuitque idem facultati in forma supplicis libelli: se vrgeri à quatuor decanis ad accipiendos gradus, quapropter se petere a facultate artium ad euitandos maiores sumptus, quibus ferre non sufficiat, seorsum et extra tempus et ordinem idque sub finem publicę alicuius disputationis vel iuris vel theologię, quarum plures tum imminebant, vel saltem in baccalaureum artium promoueri, quamuis ad vtrosque gradus simul recipiendos, si concederetur, paratus esset» etc. Letzteres wurde ihm nicht gestattet; da er aber nachwies, dass er nach seiner Vorbildung sehr wohl schon Baccalaureus, wenn nicht Magister sein könne und dass er Baccalaureus lediglich deshalb bisher nicht geworden sei, weil die Annahme dieses Grades auf der Universität, auf welcher er sich früher aufgehalten, nicht Sitte gewesen bez. nicht von ihm verlangt worden sei, so wurde er vorerst zum nächsten Baccalaureenexamen zugelassen und dann in der angegebenen Weise zum Magisterexamen. [2] s. Anm. 1. [3] baccal. Tubingensis, baccalaureorum numero adscriptus 10. Nov. 1531. [4] «*obijt anno 36*» (Heidelbergae, regens contubernij noui).

[1] In d. später abgeändert. [2] «*pauca post tempora vitam morte commutauit.*» [3] «*Lopadius. Hic ad scolasticam prouinciam Laugingiae Sueuorum ad Danubium auocatus eam magna cum laude regit et eruditione et uitae innocentia clarissimus. Anno 1550 Conradus Laetus*» (sc. scripsit). [4] «propterea quod dom. licenciatus Joannes Fabri ex caelibe maritus factus decanatus munere abierat, in cuius locum in senatum facultatis artisticae M. Joannes Benz Sueinfortinus eodem tempore est ascitus.»

Digitized by Google

III. quinque candidati se ostendere, qui, vbi eis praedictum est per decanum, iubentibus hoc tentatoribus qui pridie visitationis electi erant, vt, postquam secum deliberassent, num sumptus soli ferre possent, sententiam suam certo exponerent, responderunt, vbi bis egressi consultassent, se quinque solos sumptus tolerare non posse, credidisse enim se plures candidatos fore. Ibi a tentatoribus conclusum est tentamen, nisi altero die mutata sententia reuerterentur.

Decano M. Dionysio Graue Eszlingensi, iuris studioso, anno
140v 1534° in profesto diui Thomę ap. electo — anno 1535° tertia Februarij sequentes vndecim baccalaurej, precedente priuato tentamine, deinde etiam publico examine comprobati, eo quo sequitur ordine licentia in artibus sunt insigniti:

1. Joannes Reytter Nordlingensis, realista. d.
2. Joannes Hermanni ex Milhauszen, nouista. p.
3. Georgius Faber de Giengen, sacellanus[1], sueuista. p.
4. Franciscus Straus Nordlingensis, realista. d.
5. Petrus Kremer Wimpinensis, sueuista. d.
6. Joannes Rietmuller Ötingensis, realista. d.
7. Conradus Villicus Treuerensis, nouista. d.
8. Wendalinus Sprenger Heidelbergensis, realista. d.
9. Georgius Wiszbrodt Billicanus, realista. p.
10. Nicolaus Widmer Moszbachensis, nouista. d.
11. Michael Helbling de Noua ciuitate, realista. p.

} Magisterij coronam acceperunt a M. Joanne Hartungo Miltenburgensi, contubernij realium moderatore.

Eodem anno 1. Julij congregata facultas magistrandis aperuit tentamen, cum vero tres tantum adessent candidati et hi se impares sumptibus ferendis dicerent obque eam causam ad futuri tentaminis apertionem expectaturos, altera post visitationis Marię festum per tentatores tentamen est conclusum.

Decano M. Valentino Micrandro[2] Grůnszfeldensi, theologiae baccalaureo et sacrae linguę Hebreę publico professore, anno 1535° in vigilia diui Thomae ap. electo — anno 1536° in profesto epiphanię domini habitus est senatus super tentaminis apertione publiceque edictum est. Cum autem altera epiphanię ad horam fixam nullus candidatorum magisterij comparebat preter duos, nempe Martinus Meinradt Vlmensis et Gasparus Othmarus, qui iam ad aliquot annos fuit a musicis illustrissimi principis nostri, qui tenuioris erant fortunę quam ut soli tales ferrent sumptus, sic conclusum est tentamen et dilata promotio in proxi-
143v mum promotionis tempus. Anno quo supra altera assumptionis beatę Marię virginis die subscripti vndecim baccalaurei, pręuio tentamine priuato, dein etiam publico examine comprobati, eo quo sequitur ordine licentiam in artibus receperunt:

---

[1] plebani opidi Heidelbergensis, cui ad veterem morem, qui semper cum plebani sacellanis est obseruatus, aurei duo, qui facultati a singulis magistrandis cedunt, sunt remissi. [2] «*anno 37. Francofordiae vita defunctus est.*»

Digitized by Google

1.	Johannes Bâttner Heydingsfeldensis,	nouista.	d.	Sub promotore M. Bernhardo Maijo, iurium studioso et regente contubernij noui.
2.	Wolffgangus Rewsz Budorinus[1],	sueuista.	d.	
3.	Martinus Merhardt Vlmensis,	realista.	d.	
4.	Georgius Vitriarius } Altzeyenses.	sueuista.	d.	
5.	Johannes Wagenman }	realista.	d.	
6.	Andreas Gottwalt Swynfurdensis,	nouista.	d.	
7.	Theodoricus Wagenman Heylpronnensis,	sueuista.	p.	
8.	Casparus Othmarus Ambergensis,	realista.	d.	
9.	Johannes Grosz Wormatiensis,	sueuista.	d.	
10.	Hyeronimus Mederius Herbipolensis,	realista.	d.	
11.	Johannes Schirmerus,	nouista.	p.	

Decano M. Joanne Bentzio Schueinfurtino, iurium studioso ac scholae Neccharanae moderatore, anno 1536° vigilia diui Thomae ap. electo — anno 1537° die Lunae à sacris epiphaniae ferijs, cum tentamen ad magisterij insignia esset apertum, non nisi vnus candidatus se indicauit, qui noluit petere, petijsset quidem, si plures comparuissent. Ibi tum à tentatoribus tentamen est conclusum. 7ª Augusti, quae erat 146. dies Martis et Affrae martyri sacra, sequentes nouem bacularij, priuato tentamine, tum item examine publico et examinati et probati, licentiam in artibus adepti sunt, quo facto magisterij dein titulo ac dignitate ordine ut sequitur sunt insigniti:

1.	Martinus Egen alias Blemminger(!)	Heidelbergensis, sueuista.	d.	Magisterij corona ornati et donati sunt ab M. Dionysio Grauen, contubernij Sueuorum regente.
2.	Ludouicus Castner Haidelbergensis,	nouista.	d.	
3.	Joannes Geyselbach Heidelbergensis,	sueuista.	p.	
4.	Simon Heuring Salicedensis,	nouista.	d.	
5.	Joannes Bauman Vlmensis,	sueuista.	d.	
6.	Simon Lotter ex Augusta,	nouista.	p.	
7.	Georgius Widman ex Hala Sueuorum,	realista.	d.	
8.	Georgius Schleenriedt Herbipolensis,	nouista.	d.	
9.	Joachimus Stahel Heilpronensis,	sueuista.	p.	

Decano M. Jacobo Speierer Landavensi, iurium studioso, anno 1537° in profesto diui Thomae ap. electo — anno 1538° altera epiphaniae domini congregatis cum decano tentatoribus septem licentiandi comparuerunt, qui propter caritatem annonę sumptuum excrescentiam metuentes se solos ferre promotionis sumptus recusarunt. Quapropter conclusum est tentamen et reiecta est promotio in proximum visitationis Mariae festum, quando spes erat plures licentiandos adfuturos. Altera visitationis Mariae congregatis cum decano tentatoribus quinque licentiandi comparuerunt, qui sumptuum excrescentiam metuentes se solos promotionis sumptus ferre non posse responderunt, si non plures adfuerint. Decanus uero vna cum tentatoribus admonuit atque adhortatus est eos, ut sumptus ferrent, illi autem recusarunt. Idcirco tentamen est conclusum. Altera Vdalrici quinque baccalaurei obtulerunt supplicem libellum, rogantes dominos de facultate artium, vt conclusum

[1] filius prothonotarij principis.

Digitized by Google

f. tentamen rursum aperiretur illisque liceret coronam magisterij pridie denegatam adipisci, super quo habito consilio facultas artium petitioni illorum annuit, allegans rationem, quod tentamen ante octiduum non
150v esset concludendum. Anno quo supra sexto Calendas Septembris subscripti baccalaurei quinque legittime tentati et publice examinati, obtento prius a vicecancellario consensu determinandi, ad recipiendum licentiam et doctoratum in artibus sunt admissi et hoc ordine quo apparet locati:

1.	Joannes Casparus Grunwalt de Buchen,	realista.	p.	Insigniti sunt a M. Michaele Mackio, iurisutr. licentiato, contubernij realium regente.
2.	Joannes Myleus de Niderulm,	nouista.	p.	
3.	Guendalinus Zeisolf Neapolitanus[1],	realista.	d.	
4.	Joannes Fabri Alceus,	nouista.	d.	
5.	Petrus Erhardi Mosbacensis,	realista.	d.	

Decano M. Michaele Macco Heydelbergensi, iuris vtriusque
152. licentiato, anno 1538° in vigilia diui Thomae ap. electo — anno 1539° tertio Idus Februarij subscripti baccalaurei nouem, more solito tentati et examinati, magisterij insignia acceperunt et hoc ordine locati:

1.	Jacobus Treer,	nouista.	d.	Insignia adepti sunt sub promotore M. Joanne Deslero, iurium studioso, regente contubernij noui.
2.	dom. Conradus Durlach[2],	sueuista.	d.	
3.	Joannes Balbus,	realista.	d.	
4.	Carolus Fischer,	nouista.	d.	
5.	Joannes Egen alias Pleninger,	sueuista.	d.	
6.	Georgius Muntzinger,	realista.	p.	
7.	Joannes Weyck,	nouista.	d.	
8.	Joannes Gepfferig,	nouista.	p.	
9.	Joannes Aquarius.	nouista.	p.	

Anno quo supra Calendis vero Julijs senatus facultatis artium congregatus tentamen docturae artium candidatis aperiri voluit. Altera visitationis Marię cognitis septem magisterij candidatorum defectibus ita facultas statuit: sex illorum adolescentum ad tentamen his legibus admittendos esse, vt, qui in tempore deficerent, in illius compensationem disputationem publicam sabathinalem post gradum adeptum absoluerent, insuper etiam quilibet eorum propter omissas ab ipsis omnibus quadragesimales disputationes semel publice in die sabatho post adeptam dignitatem disputaret, pro singulis autem neglectis responsionibus in singulis quilibet batzijs est mulctatus, hisque qui semel tantum responderunt publica quoque disputatio est iniuncta. Septimus vero candidatorum Joannes Simon Regius, qui in proximo prȩterito baccalaureatu bonam fidem dederat se completum baccalaureatus tempus docturum, neque hoc docuerat neque etiam completum magisterij tempus probaret(!), huius rei

[1] Ihm und dem p. Erhardi (No. 5) wurde zuerst die Zulassung zum Examen verweigert, weil einer ihrer Lehrer (Mich. Mack) seine Zustimmung nicht gab, «cum cautum sit in statutis facultatis artium, quod nullus se submittat tentamini neque admittatur, nisi habeat vnanimem omnium suorum praeceptorum consensum». Mack zog schliesslich seinen Widerspruch zurück, da weder die Fakultät noch der Universitätssenat, an den die Sache gelangte, die dafür angeführten Gründe für ausreichend erachtete (causas esse insufficientes ad imponendam poenam retardationis, sed aliam poenam fore pro huiusmodi excessibus imponendam).
[2] lectiones aliaque magisterij gradum concernentia Erfordię compleuit.

Digitized by Google

vero causam ac impedimentum esse dicebat et temporis interim elapsi breuitatem et loci distantiam, ita vt tam breui temporis interuallo literas ab vniuersitate Viennensi impetrare non potuerit, ceterum se daturum vel bonam fidem vel iuramentum prestare, quod ante suum ab hac nostra vniuersitate discessum velit haec omnia docere, — facultas, ne quid temere et immaturo ageret consilio, rem ad vniuersitatem reiecit, quę consulta consilij hoc dedit, vt facultas penes sua statuta ac decreta maneret; eam ob causam hic adolescens hoc tempore non fuit ad tentamen admissus. 7° Idus Julij finito tentamine quattuor ex his sex candidatis, Georgius scilicet Wormbser Zabernensis, Joannes Waltherus Zabernensis, Leonhardus Wernher Hallensis et Chilianus Guntherus Herbipolitanus, adprobati et ad futurum examen admissi sunt. Cum vero reliqui duo neque admissi neque reiecti adhuc essent, placuit tentatoribus, vt omnibus illis sex candidatis conuocatis proponeretur, si forte contingeret, vt aut tres tantum aut quattuor plus minusue admitterentur, num sumptus, qui in magisterio faciendi sunt, vellent ferre, tum etiam tentatores paratos esse subire labores et reliqua quę restarent absoluere, an, quia plerique essent Dionysiani et pauperes, vellent futuram magistrorum promotionem expectare, tum et tentatores quoque promptos esse, habito paupertatis et tenuis eorum fortunę respectu, examen et reliqua in eorum gratiam et commodum differre. Qui adolescentes cum diu deliberassent ac consilia inter se contulissent, tandem hoc dedere responsum: se maxime cupere ac velle, si modo fieri posset, quod omnes admitterentur, magisterij huius colophonem, ceterum cum dubium ac incertum esset, an omnes aut quidam tantum illorum admitterentur, et si eueniret, quod aliqui eorum repulsam passuri essent, reliquos quia pauperes non posse tales sumptus facere, quare se proximam magistrorum promotionem expectaturos ac petere a dominis tentatoribus, quod reliqua velint suspendere ac differre. Cui petitioni domini tentatores consenserunt, et sic tentamen hoc conclusum et examen suspensum est[1].

Decano M. Joanne Deschlero Altzeiano, iurium studioso, anno 1539° in vigilia diui Thomę ap. electo — anno 1540° 17. Februarij 156v subscripti 15 baccalaurej, more solito tentati examinati ac simul adprobati eoque quo sequitur ordine locati, magisterij insignia receperunt:

1. Thomas Richardi,	sueuista.	d.	Insignia contulit M. Dionisius Groff Eszlingensis, Sueuici contubernij moderator et regens senior.
2. Joannes Venatorius[2],	realista.	d.	
3. Georgius Mayer,	nouista.	d.	
4. Joannes Simon Regius,	realista.	d.	
5. Kylianus Guntherus,	sueuista.	p.	
6. Casparus Campanus,	nouista.	p.	

[1] Im November kamen die genannten Kandidaten, denen sich noch einige andere angeschlossen hatten, darum ein, dass propter instantem pestem ausnahmsweise zu dieser Zeit ein Examen pro magisterio stattfände, es wurde ihnen jedoch abgeschlagen, cum essent certa promotionum tempora in noua reformatione condicta. Man nahm übrigens sonst in Pestzeiten Rücksichten und stellte die Prüfungen, besonders die der Baccalaureanden, vor der vorgeschriebenen Zeit an. [2] «*Hodie doctor et iuris ciuilis ordinarius professor Friburgi Brisgoiae famigeratissimus.*»

Digitized by Google

I. 7. Martinus Flad, sueuista. d.
8. Petrus Erberman, realista. d.
9. Leonhardus Wernherus, realista. p.
10. Heynricus Zeysz, realista. d.
11. Heynricus Schweicker, nouista. d.
12. Leonhardus Gôtz[1], realista. p.
13. Heynricus Rossenberger, realista. d.
14. Theodoricus Adam, realista[2]. p.
15. Georgius Wurmszer, sueuista. p.

Insignia contulit M. Dionisius Groff Eszlingensis, Sueuici contubernij moderator et regens senior.

In vigilia visitationis Marie anno quo supra tentamen ijs, qui summam in artibus lauream ambirent, apertum est. 3. Julij tentatores in collegio artisceorum comparuere hora 12.; cum vero diu exspectassent ac nonnisi vnus candidatus comparebat, conclusio tentaminis in biduum reiecta est, elapso et hoc tempore, cum nonnisi vnus aderat, tentamen pro hac vice est conclusum.

Decano M. Martino Egen, alio nomine Plenigero, medicinae
159. studioso, anno 1540° in profesto diui Thomae ap. electo[3] — anno 1541° 21. Januarij decem illi adolescentes tentati examinati et adprobati supremam in artibus laureąm ordine infrascripto sunt adepti:

1. Joachimus Hornung, realista. p.
2. Joannes Walttner[4], nouista. p.
3. Cristopherus Egen alias Plenigerus, sueuista. d.
4. Joannes Fabri ex Giengen[5], sueuista. d.
5. Joannes Dotzlerus Leontorius, nouista. d.
6. Cunradus Wolffartt Rubeaquensis, nouista. p.
7. Joannes Valentinus Eschelbronn, sueuista. d.
8. Joannes Wuster, nouista. p.
9. Joannes Wissenburger, nouista. p.
10. Sebastianus Stimpflin, realista. p.

Magistralem togam contulit ijs M. Joannes Wagenmannus, contubernij realis regens.

In vigilia visitationis Mariae tentamen pro veteri more apertum est magisterij candidatis, at cum nemo compariuerat discipulorum, qui magistralem togam ambiret, preter vnum, tentamen conclusum est vsque in sequentem promotionem.

Decano M. Vendelingio Sprengero Heidelbergensi, regalis ecclesiae sancti Spiritus canonico et medicinarum studioso, anno 1541°
162. in profesto diui Thomae ap. electo — anno 1542° 15. Kalendis Martij, qui 15. dies mensis Februarij fuit, decem illi adolescentes tentati examinati et adprobati supremam in artibus lauream ordine infrascripto sunt adepti:

---

[1] «Nota: ille Gôtz sine scitu decani abit nec suam disputationem perfecit.» [2] «apostata». [3] Den durch Krankheit an der Ausübung seines Amtes verhinderten p. Egen vertrat vom November 1541 ab bis zum Ende des Dekanats Joh. Deschler. [4] Facultas artium ei condonauit duos florinos, quos ad fiscum facultatis alias debuerat, quia hipodidasculum agit in schola Neccharana, id quod hactenus fuit obseruatum cum eiusmodi collaboratoribus. [5] Friburgi omnia magisterij gradum concernentia compleuit.

Digitized by Google

1. Martinus Stufflerus[1],	nouista.	d.	Magistralem togam contulit ijs M. Lucas Schrotteysen, contubernij noui regens.
2. Balthasar Eyszlingerus[2],	sueuista.	d.	
3. Philippus Rhynerus[3],	realista.	d.	
4. Arnoldus Obsopeus[4],	realista.	d.	
5. Joannes Trael,	realista.	d.	
6. Ludouicus Graff[5],	nouista.	p.	
7. Georgius Ingelheim,	realista.	d.	
8. Anthonius Preloxs,	nouista.	d.	
9. Paulus Kistner[6],	realista.	d.	
10. Erhardus Neyffart[7],	nouista.	d.	

In vigilia visitacionis Mariae tentamen magisterij candidatis apertum est. Altera visitationis Mariae hora 12. conuenientibus tentatoribus in collegio artisceorum comparuerunt quatuor candidati ex contubernio realium, qui cum pauci essent necque alios competitores habebant interrogati sunt, num ipsi soli possent aut vellent sumptus magisterij sufferre, cumque illi statim negatiue respondebant, domini vero tentatores sperantes adhuc plures aduenturos deliberandi tempus illis concessere, tentamen ad horam vsque quartam eiusdem diei prorogarunt, verum quando tunc denuo saltem priores quatuor comparuerunt adeoque in priori responsionis proposito perseuerarunt, tentamen istud conclusum est.

Decano M. Luca Schroteysen Rubeaquensi, vtriusque iuris licentiato, anno 1542° in vigilia beati Thomae ap. electo — anno 1543° 165.
pridie Calendas Martij nouem hic scripti adolescentes, tentati examinati et admissi ad magisterij gradum, sequenti ordine sunt locati insigniaque consecuti:

1. Jodocus Walther Herbipolensis,	sueuista.	d.	M. Joannes Geysselbach, sueuista Heydelbergensis, insignia contulit.
2. Conradus Marus a Winckel,	realista.	d.	
3. Hartmannus Hartmanni Heydelbergensis[8],	nouista.	d.	
4. Conradus Lactus[9] Laugingensis,	realista.	p.	
5. Joannes Mederius Schweynfordensis,	nouista.	d.	
6. Joannes Gantzius ex Neagora,	realista.	d.	
7. Jacobus Agricola Lauterburgensis,	nouista.	d.	
8. Georgius Fesenbecker a Gocze,	realista.	d.	
9. Dionysius Panthaleon a Leuenstein[10],	sueuista.	d.	

Decano M. Simone Heuring Salicedensi, medicinarum licentiato, anno 1543° octauo Idus Aprilis post licentiati Lucae Schroteysens[11] 167.

Item eodem anno sc. 1415° M. Nicolaus Textoris (al. Ottonis) de Heydelberga, presentatus per M. Wilhelmum de Eppenbach ad cursum legendum, principiauit in eundem in die s. Seueri episcopi, soluit 1 fl. Item idem anno 1417° in vigilia omnium sanctorum finiuit cursum suum. Item idem, anno 1420° presentatus ad legendum sentencias per prefatum magistrum in mense Julij, principiauit eodem anno postea in crastino s. Katherine, soluit 2 fl. Item idem anno 1421° secundum finiuit sentenciarum 6ª feria post natiuitatis b. Marie et principiauit in tercium pro forma postea feria 3ª proxima sequenti. Item idem finiuit tercium sentenciarum 4ª feria post dominicam Quasimodogeniti anno 1422° et principiauit in quartum eodem anno postea 2ª feria post dominicam Jubilate deo. Item anno 1426° 14° die mensis Junij presentatus fuit ad licenciam in theologia, dedit 3 fl. ad facultatem. 15.

Item anno 1418° 11. die mensis Octobris M. Nycolaus (Guler), per M. Wilhelmum de Eppenbach presentatus, fecit principium in sentencias et dedit 2 fl. ad facultatem.

Item anno 1418° 16ª die mensis Septembris finiuit primum librum sentenciarum M. Gerhardus Brant. Item idem eodem anno die 17ª mensis Octobris incepit secundum sentenciarum.

Anno 1418° 20ª die mensis Decembris M. Johannes (Muratoris) de Eustauia, presentatus per M. Henricum de Homberg, receptus fuit ad legendum cursum in theologia incipiendo ab ecclesiastico. Item idem anno 1419° vltima die Januarij fecit principium in cursum suum, dedit 1 fl. 15v

Item eodem anno (sc. 1419°) die 15. mensis Februarij M. Ghe(r)hardus Brant finiuit secundum sentenciarum et 21. die eiusdem mensis incepit tercium sentenciarum.

Item anno 1419° 21ª die mensis Junij M. Hermannus (Heylman) de Heydelsheim presentatus fuit ad legendum sentencias per M. Nicolaum Magni de Jawor.

Item anno 1419° die 22. mensis Junij M. Gherhardus Brant finiuit tercium sentenciarum.

Item anno quo supra M. Hermannus (Heylman) de Heydelsheym 27. die mensis Septembris fecit principium in sentencias, dedit 2 flor. Item idem anno 1421° finiuit sentencias in crastino ss. apostolorum Symonis et Jude.

Anno 1420° die mensis Mayᵉ 23. M. Gerardus Brant finiuit sentencias in capella b. Marie virginis opidi Heidelberg. Item idem licenciatus fuit in theologia anno 1421° per M. Nicolaum Magni de Jawor 17. die mensis Julij, dedit 3 fl. 16.

Anno 1420° in mense Junij M. Albertus de Botbor, vicarius in ecclesia Spirensi, presentatus fuit per M. Johannem de Franckfurd ad legendum cursum, dedit 1 fl. Item idem, anno 1424° presentatus ad legendum sentencias per prefatum magistrum, fecit principium in

Digitized by Google

easdem anno eodem 3ª die mensis Februarij, dedit 2 fl. Item idem anno 1425° in festo s. Vrbani martiris finiuit sentencias.

Anno 1420° M. Heynricus Gauda in mense Junij presentatus ad legendum in theologia cursum, principiauit postea in eundem anno 21° in profesto s. Anthonij confessoris, dedit 1 fl. Item idem anno 1423° presentatus ad legendum sentencias in mense Junij, principiauit in easdem 21. die mensis Septembris, dedit 2 fl.

16v Anno 1421° in mense Julij M. Johannes (Henrici de) Strasheym presentatus ad cursum in theologia legendum per M. Conradum de Susato, principiauit in eundem anno quo supra 14ª die mensis Octobris, dedit 1 fl. Idem anno 1424° in profesto b. Augustini finiuit cursum suum. Item idem anno 1425° in profesto s. Dionisij martiris principiauit in sentencias, dedit 2 fl. Item idem finiuit primum librum sentenciarum anno 1426° die 14ª mensis Junij, hoc est in profesto s. Viti et Modesti, et 4ª die proxima sequenti principiauit in secundum sentenciarum.

Anno 1425° 20. die mensis Junij M. Johannes Marquardi presentatus licenciatus fuit presente dom. duce Lodowico et dom. Spirensi episcopo Rabano, dedit 3 fl.

17. Item M. Fridericus de Nôrnberga finiuit cursum suum anno 1425° in die s. Vrbani martiris etc.

M. Wilhelmus (Divitis) de Lira anno 1425° in die s. Galli confessoris principiauit in cursum suum, dedit 1 fl. Item anno 1427° die 16. mensis Junij presentatus fuit idem ad legendum sentencias per M. Gerhardum Brant, dedit 2 fl. Item idem post die 23ª mensis Septembris principiauit in easdem anno eodem. Item idem anno 1428° 12. die Aprilis incepit secundum librum sentenciarum. Item idem pro forma incepit tercium librum sentenciarum anno quo supra immediate mense Julij die 23°. Item idem anno 1429° 1° die Marcij incepit quartum librum sentenciarum.

17v Item fr. Johannes professus in Brunbach ord. Cysterciensis determinator anno 1426° 14° die mensis Junij presentatus fuit ad legendum cursum per M. Johannem Platen, soluit 1 fl. Item idem anno 1431° 4ª die mensis Junij finiuit cursum suum. Item idem anno 1431° presentatus fuit per prefatum magistrum Johannem ad legendum sentencias et hoc in mense Junij[1].

Item M. Georgius (Schônlin) de Schorndorff et M. Johannes de Mechelinia presentati sunt ad cursum legendum per M. Platen anno 1427° die 16. mensis Junij, quilibet dedit 1 fl. Item anno 1431° die 5. mensis Junij M. Johannes de Mechelinia per predictum M. Johannem Plaet presentatus fuit ad legendum sentencias, dedit

---

[1] «Et fecit principium in sentencias postea in mense Septembris 25ª die, dedit 2 fl.» war hier noch geschrieben, ist jedoch von derselben Hand durchgestrichen mit der Bemerkung: vacat. S. unten S. 592.

Digitized by Google

2 fl. Item idem eodem anno in festo s. Cosme et Damiani fecit principium in sentencias. Item anno 1432° principiauit in secundum sentenciarum in die s. Agathe virginis et martiris.

Item anno 1427° 30ª die mensis Julij magistri Heynricus de Gouda et Albertus de Botbor, licenciati in precedenti proxima die, soluerunt 6 fl., quilibet eorum 3 fl.

Item anno 1427° die 29. mensis Julij M. Johannes Wenck presen- 18.
tatus fuit ad legendum in theologia cursum per M. Nicolaum Magni de Jawor, dedit 1 fl. Item idem eodem anno die 29ª mensis Septembris fecit principia in eundem et in prima die sequentis mensis, sc. Octobris, incepit legere eundem. Item idem anno 1430° 3ª die mensis Julij presentatus fuit ad legendum sentencias per prefatum magistrum Nicolaum et principiauit in easdem anno 1431° 29. die mensis Januarij, dedit 2 fl. Item anno 1432° idem M. Johannes Wenk finiuit sentencias die 6ª mensis Februarij.

Item anno 1427° 2ª die mensis Septembris M. Johannes Riechen 18v
presentatus fuit ad legendum cursum per M. Johannem Walstad, qui post eodem anno die 6° mensis Octobris fecit principium in ecclesiasticum, quem legere incepit 13ª eiusdem mensis. d. 1 fl.

Item anno 1427° die 16. mensis Junij M. Theodericus de Wesalia 19.
presentatus fuit ad legendum cursum per M. Gerhardum Brant, qui in eundem fecit principium 19. die mensis Nouembris. d. 1 fl.

Item M. Johannes Kranfusz, presentatus ad legendum cursum per M. Johannem de Franckfordia anno 1427°, fecit principium 13. die mensis Nouembris, dedit 1 fl. Item idem per eundem presentatus fuit ad legendum sentencias anno 1430° in profesto s. Margarethe martiris, hoc est 13. mensis Julij.

Item anno 1427° 2ª die mensis Septembris M. Albertus Cleynman 19v
de Bamberga presentatus fuit ad legendum cursum per venerabilem virum M. Nicolaum Magni de Jawor. Item anno 1428° die 5ª mensis Februarij fecit principium in cursum M. Albertus de Bamberga, dedit 1 fl.

Anno 1420° M. Bartholomeus professus in Mulenbrunnaw presen- 20v[1]
tatus ad cursum legendum tunc[2] per M. Wilhelmum de Eppenbach bone memorie, sub M. Nicolao Magni de Jawor fecit principium in eundem anno 1428° die mensis Septembris 27°, dedit 1 fl. Item anno 1429° M. Bartholomeus professus in Mulborn presentatus fuit ad legendum sentencias per dictum M. Nicolaum Jawor die 24. mensis Junij et principiauit in easdem die 19. mensis Septembris, dedit 2 fl. in auro. Item anno 1432° die 4ª mensis Februarij M. Bartholomeus professus in Mulbron presentatus fuit et 10ª die mensis eiusdem vocatus ad capiendam licenciam in theologia. Item anno 1432° die 11ª mensis Februarij idem M. Barth. in Mulbron professus licen-

[1] Bl. 20 ist nicht beschrieben. [2] Ist aber damals nicht notirt.

Digitized by Google

ciatus fuit in theologia (per Nicolaum Magni de Jawor) et soluit facultati 3 fl.[1]

Fr. Johannes de Erbako professus, in art. mag., presentatus per M. Johannem Platen ad cursum legendum anno 1428° mense Julij circa festum s. Petri et Pauli, principiauit autem eodem post octauam natiuitatis b. Marie, dedit 1 fl.

21. Item M. Johannes de Bruxella, presentatus per M. Gerhardum Brant ad cursum legendum in profesto s. Margarethe, principiauit in eundem inchoando Ysayam prophetam anno 1428° 12. die Octobris, dedit 1 fl.

21v Anno 1429° die 25. Junij presentatus fuit fr. Nicolaus professus in Fonte salutis ad legendum cursum per M. Johannem Plaet, in quem anno eodem principium fecit die 26. mensis Septembris, dedit 1 fl. Item idem finiuit cursum suum anno 1431° in die ss. martirum Nerei, Achillei et Pancracij.

Anno 1430° in festo s. martirum Johannis et Pauli fr. Egidius de Mulenbornn, studens apud S. Jacobum, per M. Nicolaum Magni de Jawor presentatus fuit ad cursum legendum. Item idem eodem anno fecit principium in cursum incipiendo genesin 3° Kal. Nouembris, dedit 1 fl.

Anno 1431° in crastino Viti, quod erat 16. die Junij, M. Nicolaus Magni de Jauwer, protunc decanus facultatis theologice, hora vesperorum uel quasi in domo habitacionis sue in presencia omnium magistrorum in theologia plenariam fecit computacionem de omnibus perceptis et expositis per eundem ex parte facultatis theologice quo ad totum tempus preteritum, quo ipse collegit pecunias et exposuit pro eadem facultate, vsque ad diem et horam prenotatas. Et omnibus hincinde defalcatis remansit prefatus M. Nicolaus obligatus facultati in quinquaginta octo fl., quos ad statim exhibuit, sed tamen ex decreto predicte facultatis theologice postmodo in eodem loco ad se reassumpsit et in bursa vna reclusit custodiendos. Sciendum tamen, quod M. Johannes Krawenfůsze, anno preterito presentatus ad sentencias, non est computatus quoad sentencias, neque Wylhelmus (Divitis) de Lyra, hoc mense ad licenciam in theologia presentatus et licenciatus, neque M. Rudolffus de Bruxella, hoc mense ad cursum presentatus, neque fratres duo de S. Jacobo, videlicet Johannes de Brunbach et Nicolaus de Fonte salutis, isto mense presentati ymmo hoc die ad legendum sentencias, quia nullus predictorum soluit[2]; verum tamen quod M. Johannes de Mechilinchia, eciam hoc mense presentatus ad sentencias et admissus, computatus est, quia, licet nondum principiauerit in sentencias, tamen 2 fl. soluit, ut ante quatuor folia[3].

22. Item anno 1431° die 14. mensis Junij licenciatus fuit honorabilis vir M. Wylhelmus (Divitis) de Lyra in theologia per M. Nicolaum Magni de Jawor, s. theol. professorem, et soluit 3 fl.[4]

Item anno 1431° fr. Johannes professus in Brunbach 25. die mensis Septembris fecit principium in sentencias, dedit 2 fl. Item anno

[1] Dieser letzte Satz ist später gelöscht mit der Bemerkung: infra idem est scriptum. Auf Bl. 22 zum Jahr 1432 befindet sich nämlich dieselbe Eintragung, es erschien jedoch besser, sie hier beizubehalten bez. wieder einzureihen. [2] Bis dahin. [3] fol. 17v. [4] Die ganze Eintragung rührt von einer und derselben Hand her, die Zahlung ist jedoch nach der vorstehenden Note im Texte erst später (nach dem 16. Juni) erfolgt.

Digitized by Google

1432° ipso die Agnetis virginis principiauit in secundum librum sentenciarum [1].

Fr. Nicolaus professus ord. Cysterciensis in Fonte salutis anno 1431° die 8° mensis Octobris fecit principium in sentencias sub M. Johanne Platen, dedit 2 fl. Item idem finiuit tercium sentenciarum 5° Nonas Octobris (sc. 1432) incepitque quartum 13. Kal. Nouembris [2].

Item M. Rudolfus de Brokcella, presentatus ad cursum legendum per M. Jerhardum Brant, principiauit in eundem anno 1432° feria 5ª ante purificacionem b. Marie, dedit 1 fl. Item idem anno (14)33° die 18. mensis Junij presentatus fuit ad legendum sentencias per M. Nicolaum Magni de Jawor. Item idem principiauit in easdem prefato anno 8° die mensis Octobris, dedit 2 fl. [3]

Item M. Johannes Krawfus fecit principium in sentencias anno 1432° 19. die mensis Februarij, dedit 2 fl. [4]

Anno 1432° 21ª die Aprilis M. Nicolaus Magni de Jauwer, decanus facultatis theologice, computum fecit in plena congregacione facultatis theologice de perceptis et expositis omnibus, et percepit LXXI fl., quos ad statim soluit, et M. Johanni de Frangfurdia presentauit eosdem, qui et sibi restituit XV ℔ expositos per eundem, qui defalcandi erunt de illis LXXI fl.

Item anno 1432° fr. Johannes de Brunbach finito secundo libro 22v
sentenciarum principiauit in tercium sentenciarum feria 3ª post dominicam, qua cantatur in ecclesia sancta Quasimodogeniti. Idem finiuit sentencias anno 1433° feria 2ª in profesto s. martirum Fabiani et Sebastiani.

Insuper anno quo statim supra (sc. 1432) fr. Nicolaus de Fonte salutis finito secundo libro sentenciarum principiauit pro forma in tercium sentenciarum 16ª die mensis Junij. Idem finiuit sentencias in die s. Agathe anno 1403 [5].

Anno 1432° die 27ª mensis Junij presentati fuerunt ad cursum legendum in theologia per M. Johannem Platen de Frideberg M. Johannes (Vaihinger) de Leomberg Spir. dyoc. et M. Nicolaus (Kral) de Wachenheym Wurmac. dyoc. et admissi per facultatem theologicam. Item prefatus M. Nicolaus de Wachenheym principiauit in cursum suum anno predicto presentacionis post in die s. Dyonisij, dedit 1. fl. Et finiuit anno (14)34° in octaua corporis Christi. Item M. Johannes de Leomberg prefatus principiauit in cursum anno quo immediate supra (sc. 1432) die 7ª mensis Octobris, dedit 1 fl. Finiuit autem cursum anno 1433° in die s. Elizabeth.

Item anno 1432° M. Karolus [6], presentatus ad cursum legendum per M. Johannem de Frankenfurdia, principiauit in eundem anno eodem

[1] Die hier noch befindliche durchgestrichene Eintragung s. S. 594 Anm. 2. [2] Vergl. zu dieser hier nachträglich an unrichtiger Stelle eingefügten Bemerkung die ebendenselben Nicolaus betreffende Eintragung unten Bl. 22v. [3] Letzteres ist auch Bl. 23 zum Jahr 1433 vermerkt und deshalb hier gelöscht. Ich habe es hier beibehalten. Vergl. S. 594 Anm. 3. [4] Die hier noch folgende Eintragung: Item M. Bartholomeus de Mulenborn etc., s. Bl. 20v (S. 591 bezw. S. 592 Anm. 1). [5] 1433 natürlich. Vergl. im Uebrigen oben Anm. 2. [6] Sachs de Augusta?

Digitized by Google

4ª die mensis Nouembris, dedit 1 fl. Post cuius[1] obitum recepit (in magistrum suum) M. Johannem (Vaihinger) de Leomberg, per quem presentabatur ad sentencias anno 1440° 8ª die mensis Julij. Item principiauit in sentencias 1440° 3ª die Octobris et dedit 2 fl. facultati.

Item anno 1432° 11. die mensis Septembris M. Johannes Wenk licenciatus fuit in theologia per M. Nicolaum Magni de Jawor, dedit 3 fl.

23. Item fr. Gerhardus de Schonaw, in art. mag., prouisor apud s. Jacobum, presentatus per M. Nicolaum Magni de Jawor ad cursum legendum anno 1432°, eodem anno fecit principium suum primum 18. die mensis Nouembris, dedit 1 fl. Idem finiuit cursum suum anno 1433° in aduentu domini.

Item fr. Johannes de Brunbach licenciatus in theologia in aduentu domini anno 1433° dedit 3 fl.[2]

Item anno 1432° 20ª die mensis Nouembris fr. Jeorius professus in Mulen(brun), presentatus prius ad cursum legendum per M. Nicolaum Magni de Jawor, principiauit in eundem, dedit 1 fl. Et finiuit eundem anno 1433° feria 5ª post festum s. Luce ewangeliste.

Item anno 1432° M. Johannes de Mechelinea finiuit sentencias 11. die mensis Decembris.

Item anno 1433° 16ª die mensis Julij M. Johannes de Bruxella presentatus fuit ad legendum sentencias per M. Nicolaum Magni de Jawor, fecit principium in easdem eodem anno 1° die mensis Octobris, dedit 2 fl.[3]

23v Anno 1433° 17ª die mensis Junij Johannes Bode de Rodenberg, mag. in art. Erffordensis, presentatus fuit ad legendum cursum per honorabilem M. Johannem Platen. Idem eodem anno principiauit in cursum 13. die mensis Octobris, dedit 1 fl. Finiuit 20ª die mensis Septembris 1437.

Item anno 1433° 22ª die mensis Junij M. Heynricus Lymburg presentatus fuit ad cursum legendum per M. Nicolaum Magni de Jawor et post eodem anno principiauit in eundem in die s. Lamperti episcopi et martiris, dedit 1 fl.

---

[1] Des Johann von Frankfurt. Letzterer (s. theol. professor, can. apud s. Germanum extra muros Spirenses, cappellanus altaris s. Crucis et s. Elisabeth in cappella b. Virginis et predicator apud s. Spiritum) starb nach A. U. II. 163 in H. am 13. Mai 1440, Morgens 8 Uhr.

[2] Bl. 22 (s. S. 593 Anm. 1) befindet sich folgende, offenbar auf Joh. de Brunbach bezügliche Eintragung, die jedoch durchgestrichen ist: «Item anno 1433° 4ª die mensis Decembris presentatus fuit ad licentiam in theologia et post die 10ª eiusdem mensis per M. Nicolaum de Jawor fuit in eadem licenciatus in ecclesia s. Spiritus, dedit 3 fl.» Wahrscheinlich bezieht sich die Eintragung Bl. 23 nur auf die Zahlung, so dass der Vermerk Bl. 22 irrthümlich ausgestrichen ist.

[3] Es folgt hier am Ende der Seite noch: Item M. Rudolphus de Bruxella etc. Siehe S. 593 Anm. 3.

Digitized by Google

Item M. Emchem (de Geilnhusen), presentatus per M. Johannem de Frankenfordia presentatus (!) ad cursum legendum, fecit principium in eundem anno 1433° in crastino s. Bartholomei, dedit 1 fl.

Item anno 1434° 27. die mensis Januarij fr. Nicolaus professus religiosus ord. Cisterciensis, prior monasterij Fontis salutis, licenciatus fuit per M. Nicolaum Magni de Jawor, dedit 3 fl.

Nota: Ego Nicolaus Magni de Jawor habui apud me 92 fl. facultatis.

Item anno 1434° 22. die mensis Aprilis quidam honorabilis vir fr. Johannes (Baldwini)[1], ord. Premonstratensis et prior monasterij (Furnensis)[1], incorporatus fuit facultati nostre theologice in forma baccalarij in theologia formati, prout erat baccalarius formatus Parisiensis VI annorum secundum testimonium facultatis theologice studij Parisiensis.

Anno 1434° in crastino diuisionis apostolorum M. Nicolaus Magni de Jauwer de omnibus per eum perceptis et expositis ex parte facultatis theologice quoad scolas nostras theologorum et ex parte aliorum[2] omnia percepta per eum ex parte facultatis nostre exposuit et ultra hoc exposuit VII fl. et XIIII ß. in quibus sibi facultas theologica obligatur. Facta sunt ista in presencia M. Johannis de Frangfurdia, M. Gerhardi Brand, M. Johannis Wencken et M. Johannis Platen de Frideberg.

[3] Vniuersitas obligabatur facultati theologice in 2 fl., que soluit; adhuc restant 5 fl. et 14 ß. Item exposui 3 ß ß pro scampnis nouis in cap(e)lla quatuor, item 5 ß ß pro propina domino Ratispanensi[4], item 1 ß ß pro ferris ad vitrum super kathedram, item 34 ß pro sede, quam fecit fieri M. Johannes Wenk. 24.

Item fr. Johannes (Poley) determinator de Ebraco, presentatus ad cursum legendum per M. Nicolaum Magni de Jawor anno 1434° in mense Junij, principiauit in eundem cursum in profesto s. Michaelis in prefato anno, dedit 1 fl.

Item anno 1434° 1ª die mensis Octobris M. Johannes de Mechelinia et M. Johannes Krafus presentati fuerunt ad licenciam in theologia, et postquam ipsam receperint, ex iuramento tenebuntur infra annum insignia magisterij in theologia recipere modo consweto et vltra annum non differre absque scitu et voluntate facultatis theologice[5]. Et dedit quilibet eorum 3 fl.

Item anno 1434° 4. die mensis Octobris M. Georgius Waltdorn, prius presentatus ad cursum in theologia legendum per M. Johannem de Frankenfordia in mense Julij, principiauit in eundem suum cursum, dedit 1 fl.

Item anno 1434° 4. die mensis Octobris fr. Gerhardus de Schonaw, prouisor apud s. Jacobum, fuit presentatus ad legendum sentencias per M. Nicolaum Magni de Jauwer. Item postea principiauit in easdem anno 1435° 27. die mensis Januarij, dedit 2 fl.

---

[1] Lücke gelassen. [2] computo facto. [3] Das Vorige hat Plate geschrieben, das Nachfolgende Nicolaus Magni. [4] Conr. Koler de Soest. [5] Am Rande von anderer Hand bemerkt: de iuramento licenciandorum. Der qu. Passus ist erst zu dieser Zeit dem Licentiandeneide hinzugefügt.

Digitized by Google

24v Item M. Johannes (Vaihinger) de Leomberg per M. Johannem Platen ad legendum sentencias presentatus anno 1434° 6. die mensis Octobris. Idem principiauit in easdem post, scilicet anno 35° die 24. mensis Januarij, dedit 2 fl.

Item anno 1434° 8° die mensis Octobris M. Nicolaus (Kral) de Wachenheym presentatus fuit ad legendum sentencias per M. Johannem Platen.

Anno 1435° infra octauas pasche testamentarij M. Nicolai (Magni de Jawor)[1] bone memorie facultati theologice computum fecerunt plenarium de perceptis et expositis ex parte facultatis eiusdem, et omnibus hinc inde defalcatis remansit M. Nicolaus obligatus in VI fl. facultati, quos recepit ut decanus M. Johannes de Frangfurdia, sacre theologie professor[2]. Et ego Johannes de Francfordia recognosco me illos sex fl. prescriptos immediate recepisse anno et tempore prescriptis, scilicet feria 4ª post festum pasche[3]. Item M. Nycolaus Wachenheym non est computatus, quia adhuc nichil dedit, quia non incepit. *Verte folium sequens*[4].

Anno 1435° ipsa die Prisce virginis fr. Gerhardus de Schonauw principiauit in libros sentenciarum (sub M. Nicolao Magni de Jawer)[5]. Idem finiuit primum librum sentenciarum in vigilia ascensionis eiusdem anni. Idem incepit secundum librum sentenciarum feria 5ª ante Elizabeth eodem anno, quem finiuit in profesto s. Ambrosij anni 36. Anno 1436° feria 2ª post festum s. trinitatis idem fr. Gerhardus principiauit in tercium librum sentenciarum, quem finiuit eodem anno feria 6ª post Luce ewangeliste. Idem anno 1436° feria 2ª post omnium sanctorum principiauit in quartum librum sentenciarum, quem finiuit in anno 37° in die s. Vdalrici legendo vltimam lectionem, sc. hec de pedibus. [6]Anno 1441° 10ª die mensis Marcij M. Johannes Wenk de Herrenberg, decanus facultatis theologice, ex commissione capituli Wormaciensis ecclesie maioris[7] dedit licenciam in theologia fratri Gerhardo de Schonaw ord. Cisterciensis, qui dedit 3 fl. facultati.

25. Anno 1435° 10ª die May M. Radolfus de Bruxella finiuit sentencias.

Anno 1435° 14ª Februarij M. Johannes de Bruxella finiuit sentencias legendo vltimam lectionem hec de pedibus.

Anno 1434° 12ª die mensis Decembris M. Emchio de Geylnhuszen finiuit cursum suum.

Anno 1434° 19ª die mensis Decembris M. Heynricus de Lympurg[8] finiuit cursum suum. Anno 1439° in profesto s. Augustini finiuit sentencias totaliter legendo hec de pedibus.

---

[1] Nach A. U. II. 126v starb M. am 22. März 1435. Siehe jedoch unten Anm. 3. [2] Bis hierher von Joh. Plate geschrieben. [3] i. e. am 20. März 1435. Darnach kann M. nicht am 22. März cj. a. gestorben sein. Siehe Anm. 1. [4] In Betreff des Nic. Wachenheim. [5] Vergl. Bl. 25v a. A.: «Anno 1435° 2ª die Julij, videlicet visitacionis Marie, M. Gerhardus de Schonauw elegit in magistrum suum (sc. post obitum M. Nicolai Magni, s. oben Anm. 1) M. Johannem de Frangfurdia». Ferner ist Bl. 24v i. f. bemerkt: «Post cuius (sc. Johannis de Frankfordia, s. oben S. 594 Anm. 1) obitum recepit (in magistrum suum) M. Wilhelmum de Lyra». [6] Von hier ab, da auf Bl. 24v kein Platz mehr war, Bl. 25 i. f. notirt. [7] sc. ut vicecancellarius. [8] Bl. 25v: «M. Henricus Lymperg similiter elegit eundem (sc. M. Johannem de Frangfurdia in magistrum suum post obitum M. Nicolai Magni)». S. oben Anm. 5.

Digitized by Google

Anno 1435° in vigilia Jacobi apostoli M. Johannes (Vaihinger de) Lemberg finiuit primum librum sentenciarum[1]. [2]

Anno 1435° 5ª die Septembris M. Nycolaus (Kral de) Wachenheym, plebanus in Heydelberg, principiauit in sentencias, dedit 2 fl. 25v

Fr. Johannes Poley de Ebraco[3] finiuit cursum 4ª feria proxima post Dyonisij anno 1435°. 26.

Item 1435° 22. die Decembris M. Johannes (Vaihinger de) Leonberg finiuit secundum sentenciarum et eodem anno 5ª Decembris principiauit in tercium. Item anno 1436° 15. die mensis Junij idem finiuit tercium sentenciarum et 10ª mensis Julij anno prescripto principiauit in quartum. [4]Post cuius obitum, scilicet magistri Johannis Blatt[5], elegit (sc. Joh. Vaihinger in magistrum suum) M. Johannem Wenck de Herrenberg.

M. Wernerus Nyendorp de Lubeck incepit cursum suum anno 1436° 9ª die Februarij, dedit 1 fl., sub M. Johanne Plat. 26v

Anno 1436° 17ª die Marcij M. Georgius de Waltdörn finiuit cursum suum.

Item anno 1436° M. Jeronimus professor (!) in Mulbrun incepit principiare in libros sentenciarum in die ss. Cosme et Damiani, dedit 2 fl., et incepit sub M. Johanne Wencken. 27.

Item anno 1436° M. Johannes Arnesti 2ª die Octobris, id est in crastino Remigij, fecit principium in cursum sub M. Gerardo Brant, dedit 1 fl. Post cuius (sc. Gerardi Brant)[6] obitum elegit (in magistrum suum) M. Johannem de Leomberg. 27v

Item anno 1437° 14. die mensis May M. Emchyo de Geylnhuszen principiauit in sentencias, dedit 2 fl. 1438° in vigilia Philippi et Jacobi ipse principiauit in tercium sentenciarum. Anno 1440° 13. die mensis Aprilis finiuit sentencias [7]sub M. Johanne de Frankfordia, post cuius obitum[8] recepit (in magistrum) M. Wilhelmum de Lyra. 28.

Item anno 1437° feria 2ª post festum b. Laurencij M. Nycolaus (Kral) de Wacheuheym finiuit sentencias. [7]Et post obitum M. Johannis Blat[5] elegit (in magistrum) M. Johannem Franckfurd. 28v

Item anno 1437° 19ª dye(!) mensis Septembris, fuit feria 5ª ante festum s. Mathei, M. Henricus de Lympurg fecit principium in libros sentenciarum, dedit 2 fl. [7]Elegit post mortem M. Johannis Franckfurd[8] in magistrum M. Johannem de Lenberg.

---

[1] Ist gelöscht, wohl irrthümlich. Siehe Bl. 26. [2] Die Eintragungen hier am Ende des Blattes bez. Bl. 25v a. A. s. S. 596 Anm. 5, 6, 8 u. s. w. [3] Vergl. Bl. 25v: «Fr. Johannes de Ebraco, in theologia baccalarius, elegit in magistrum suum (post obitum M. Nicolai Magni, s. S. 595 u. S. 596 Anm. 1) M. Johannem Platen». [4] Von hier ab Ende 1438 geschrieben. [5] Plate starb am 21. September 1438. [6] Dieser (in medicina licentiatus, s. theol. professor, prepositus Núhusensis et canonicus s. Spiritus) starb am 21. Mai 1437. A. U. II. 143v. [7] Von anderer Hand später hinzugeschrieben. [8] s. S. 594 Anm. 1.

Digitized by Google

29. Item anno 1437° 24ª die mensis Septembris fr. Johannes Poloy principiauit in sentencias, dedit 2 fl. [1]Post mortem M. Johannis Platte[2] elegit (in magistrum) M. Wilhelmum de Lyra.
Item anno 1437° 8ª Octobris sub M. Johanne Wencken M. Johannes Gusz incepit cursum suum, dedit 1 fl.[3]

29v Item anno 1437° in die s. Kalixti sub M. Johanne Wenck M. Ludvicus Rorich incepit cursum suum, dedit 1 fl. Et finiuit 1442° post Letare. Item presentabatur ad sentencias anno 1442° in crastino visitacionis Marie per eundem magistrum Johannem Wenck.

30. Item anno 1437° in crastino s. Martini episcopi sub M. Johanne de Francfordia M. Georius de Waltdorn, protunc rector vniuersitatis, principiauit in libros sentenciarum, dedit 2 fl. Finiuit sentencias vltima die Aprilis anno 1439°.
Anno 1437° 22. die Nouembris fuerunt licentiati simul hij tres, scilicet M. Johannes de Bruxella et frater suus M. Rudolfus (de Bruxella) et M. Johannes (Vaihinger) de Leonberg, per M. Johannem Platen. Quilibet dedit 3 fl.

30v Anno 1438° 13ª die mensis Junij presentatus fuit ad cursum per M. Johannem Platen M. Wilhelmus (Marquardi) de Walstat. Post cuius (sc. Johannis Plate) obitum[2] recepit in magistrum M. Wilhelmum de Lyra. Incepit cursum anno quo supra in die s. Jeronimi, dedit 1 fl.

31. Anno 1438° in die ss. Johannis et Pauli per M. Johannem Platen fuit presentatus ad sentencias M. Johannes Bode de Rodenburg.

31v Anno 1439° 4ª Julij presentatus fuit ad cursum M. Sebastianus (Cůntzelman) de Pfortzen per M. Wilhelmum de Lyra.
Anno 1439° 6ª Julij presentatus fuit ad cursum M. Conradus de Landoya per M. Johannem de Mechilinia. [4]M. Conradus Landaw incepit cursum feria 5ª ante Michaelis anno ut supra, dedit 1 fl.

32. Anno 1439° 8ª Julij presentatus fuit ad cursum M. Johannes (Öppeler) de Butspach per M. Johannem de Leomberg.

32v M. Johannes Morhart incepit cursum suum 1ª die Octobris 1439, dedit 1 fl.

33. Anno 1439° 6ª die Octobris M. Sebastianus (Cůntzelman) incepit cursum suum. d. 1 fl.

33v Anno 1439° 20ª die mensis Octobris M. Johannes (Öppeler) de Buczbach incepit cursum suum, dedit 1 fl. Et finiuit eundem 6ª die Apprilis anno 1441°.
Item M. Růdolfus (Fabri) de Růdenschem incepit cursum suum sub M. Nicolao de Wachennam 25ª mensis Octobris (1440?)[5] et dedit 1 fl.

34. Anno 1440° 4ª die mensis Nouembris M. Johannes Spenlin de Rotenburga, doctor in medicinis et baccalarius s. theologie studij Parisiensis,

---

[1] Von anderer Hand später hinzugeschrieben. [2] s. S. 597 Anm. 5.
[3] «Mortuus est» ist nicht viel später darunter bemerkt. [4] Bl. 32 notirt.
[5] Sonst 1439.

Digitized by Google

receptus in sentenciarium, elegit in magistrum M. Johannem Wenk de Herrenberg. Principiauit in sentencias 15ª die mensis Nouembris et dedit 2 fl. Finiuit postea sabbato proximo ante ascensionem domini (1441)[1] ex indulto a facultate habens simul in vna lectione legere duas distinctiones, presentabatur ad licenciam feria 3ª proxima ante ascensionem domini[2], licenciabatur per prefatum M. Johannem Wenk feria 6ª immediate sequente[3], videlicet in crastino ascensionis, dedit 3 fl. [4]Item anno 1441° in die s. Galli[5] facta conuocacione doctorum et magistrorum (universitatem representantium) in capella b. Uirginis receptus fuit ad consilium vniuersitatis venerabilis vir M. Johannes Spenlin, medicine et s. theologie professor,, tanquam doctor in sacra pagina promotus in vniuersitate nostra Heydelbergensi.

Anno 1449° 15. die Decembris fuit licenciatus in theologia M. Berhtoldus professus aput s. Mathiam prope Treuerim per M. Johannem Veihinger de Leomberg[6].

---

[7]Anno 1465° 3ª mensis Decembris religiosus vir fr. Leonhardus Romolt ordinis fratrum beatissime dei genitricis de monte Carmelo promotus est ad gradum baccalariatus in theologia.

[8]Anno 1513° ipso die Prisce promoti sunt vna vice decem doctores in theologia, qui fuerunt: predicator Moguntinus appellatus Bartholomeus Decimator, M. Sebastianus Gawiler predicator Hallensium, M. Johannes Gernoldi ex Billicam[9], M. Johannes Richardi ex Epfenbach, fr. Dionisius Gryeb prior Eszlingensis ex Eszlingen ord. predicatorum, M. Georgius (Nigri) ex Lewensteyn, fr. Ambrosius de Bynnikem ord. Augustinensis conuentus Heydelbergensis, fr. Michael de Wimpina ord. predicatorum conuentus Wimpinensis, fr. Henricus Sytzel de ordine Carmelitarum et M. Jacobus Hartlieb de Landoia decanus ecclesie s. Spiritus.

[10]Anno 1556° promoti sunt in bacalaureos infrascripti die vltimo Septembris et fecerunt principia in libros veteris testamenti, videlicet

---

[1] 20. Mai. [2] 23. Mai. [3] 26. Mai. [4] Dieser Satz ist von mir aus A. U. II. 171 hinzugefügt. [5] 16. October.

[6] Mit dieser Eintragung schliesst das in letzter Zeit (seit dem Tode des Nicolaus Magni) immer dürftiger und unvollständiger werdende Verzeichniss Cod. Heid. 358, 46 ab. Der Rest von Bl. 34 ist nicht beschrieben, Bl. 34[v] gar nicht, dann folgen Bl. 35 bis zum Schluss des Bandes Statuten der Fakultät u. s. w. Auf Bl. 8 desselben Bandes (die Blätter 8—11 waren anfänglich leer gelassen und sind auch jetzt zum grösseren Theil noch unbeschrieben) hat Matthias Keuler 1556 wiederum ein Verzeichniss der Promovirten und der Studenten der theol. Fakultät angefangen, die folgenden Dekane haben jedoch dasselbe nicht (wenigstens nicht an dieser Stelle) fortgesetzt. Einige Promotionen aus der Zwischenzeit werden gelegentlich in diesem Bande oder in den Acten der Universität erwähnt. Sie sind oben vermerkt. Von 1559 ab sind dann die Promotionen in der theol. Fakultät Cod. Heid. 358, 61[1] (s. S. 546 Anm. 1) aufgezeichnet.

[7] Cod. Heid. 358, 46 Bl. 57 (litterae testimoniales d. d. Heydelberg, 3° die Nouembris 1468). [8] A. U. IV. 173. [9] d. Z. Rector der Universität. [10] Cod. Heid. 358, 46 Bl. 8.

Digitized by Google

M. Georgius Adam Spirensis, qui in anno 55° debebat promoueri[1], quod tempus ad licentiam et illi deputabitur; alter est dom. Michael Hoferus, qui ambo cursus inceperunt die vltimo Septembris vt supra anno 56°.

47.[2] M. Stephanus Syluius, Phrisius, dispensante de temporis diuturnitate illustrissimo principe Ottone Henrico tum ob eruditionem hominis tum ob aetatem, cum reliqua quae leges iubent praestitisset, promotus est ad summum docturae gradum anno 1559 die Martij . . .[3], reclamante quidem dom. Tilemanno Heshusio decano, idque ob suas quasdam rationes, quas cum non probaret idoneas, illustrissimus princeps Fridericus tum succedens Ottoni iussit per dom. Petrum Boquinum promoueri, id quod etiam factum est assentiente et praesente vniuersitatis senatu illo vno excepto.

Paulo post Aprilis . . .[3] consensu etiam senatus vniuersitatis absente tum Tilemanno Heshusio Petrus Boquinus vices ipsius gerens promouit in bacularium theologiae Guilliemum Klebitium.

Anno eodem Maij 3. Paulus Vnicornius, Norlingensis, iam designatus ad lectionis secundae locum, cum prius creatus in Italia fuisset medicinae doctor, post disputationem habitam praeside Petro Boquino promotus est per eundem praesente et consentiente dom. Tilemanno Heshusio ad doctoratus gradum.

48. Anno 1561. Emanuel Tremelius et Gaspar Oliuianus, iuris doctor, cum iam essent authoritate illustrissimi principis Friderici et consensu vniuersitatis designati ad docendi munus in hoc schola et facultate, praestitis quae legibus et recepto more postulantur disputationibus ac alijs exercitijs, promoti sunt ad summum quam vocant docturae gradum per dom. Petrum Boquinum, praesente illustrissimo principe Friderico cum liberis suis, 8. Julij in auditorio theologorum nouo, quod est in collegij sapientiae templo[4].

Anno 1562. dom. Zacharias Vrsinus, posteaquam delectus fuisset a senatu et illustrissimi principis authoritate confirmatus, vt in dom. Gaspari Oliuiani locum succederet, publice respondit praeside dom. Petro et praestitis omnibus, quae leges flagitant, promotus est 25. Augusti vna cum alijs quinque in iure ciuili et Sigismundo Melanthone in medicina, et id in auditorio facul(ta)tis artium, ei licentiam conferente dom. Petro Boquino decanum agente et gradum supremum docturae donante dom. Emanuele Tremelio, tum rectore academiae.

---

[1] Die Promotion wurde wohl der damals grassirenden Pest wegen aufgeschoben. [2] Cod. Heid. 358, 61[1] von hier ab. [3] Lücke gelassen. [4] Vergl. A. U. VIII. 47[v]: Die 9. Julij 1561 . . in senatum academiae recepti sunt dom. Immanuel Tremellius et dom. Casparus Oleuianus, prómoti tum in doctores theologiae et antea praesentati ab illustrissimo principe, ille ad locum secundum, hic ad locum tertium in facultate theologica.

Digitized by Google

[1]Anno 1568. 21. Junij summo honore et insignibus doctoratus ornati sunt:

1. Hieronymus Zanchus, Italus[2].
2. M. Georgius Witherus, Anglus[3].

Anno 1574. die 15. Aprilis Joannes Baptista Rotanus, Patauinus, ab Immanuele Tremellio, secundo theologo et facultatis decano, praesentatus, licentiam a dom. Petro Boquino et summum gradum a dom. Hieronymo Zanchio est adeptus. 53.

Anno 1582. 17. Septembris reuerendi et clarissimi viri, dom. Petrus Patiens, ecclesiarum Palatinatus inferioris superintendens generalis, et dom. M. Jacobus Schopperus[4], professor tertius theologiae ordinarius academiae Heidelbergensis, voluntate illustrissimi principis ac domini dom. Ludoici, comitis palatini, electoris etc., domini nostri clementissimi, iudicio dignissimae facultatis theologicae, consensu magnifici dom. rectoris et amplissimi senatus academici, promoti fuere ad licentiae gradum per dom. Philippum Marbachium, tum decanum, ac postea per reuerendum et clarissimum virum dom. doctorem Timotheum Kirchnerum ornati docturae honore titulo ac priuilegijs omnibus consuetis in ecclesia cathedrali ad s. Spiritum, praesentibus illustr. et clementissimo principe electore, ducibus Friderico electoris filio, Carolo Bipontino comite palatino, Friderico et Philippo haeredibus Noruegiae, ducibus Holsatiae, et aliquot comitibus, magnifico item rectore Ludoico Grauio medico caeterisque vniuersitatis senatoribus et multis nobilitate pietate doctrina praestantibus summaque studiosae iuuentutis frequentia. Promoti eodem tempore et loco sunt quatuor iureconsulti, medicus vnus. 107.

Anno 1584. 17. die Decembris, quum XII iurisconsulti doctores, licentiam conferente dom. Valentino Forstero, docturam vero dom. Matthaeo Entzlino, iurisconsulto, rectore academiae, et IV medici, licentiam eis dom. Ludouico Grauio, medico, docturam Johanne Georgio Stahelio conferente, creandi essent, initio vir celeberrimus dom. Franciscus Junius, Biturix, genere et ingenio nobilis, scriptis etiam eruditissimus iam editis clarissimus, decano ordinis theologici, J. Grynaeo, licentiam 89.

---

[1] Aus den Acten der Universität IX. 60 fg. An demselben Tage wurden, wie ebendaselbst vermerkt ist, zu Doctoren der Medicin promovirt:
1. M. Joannes Klei, Annaemontanus.
2. M. Hieronymus Niger, Wolfacensis.
3. M. Simon Grynaeus, Basiliensis.

[2] Unterm 10. November 1567 zu der dritten Lectur in facultate theologica vom Kurfürsten präsentirt und von der Universität unter der Bedingung angenommen, dass er prima occasione bona den ihm noch mangelnden Doctorgrad erwerbe (4. Febr. 1568, vergl. A. U. IX. 15), cum leges nullum ad dictam lecturam . . . admitti velint, nisi sit doctoratus gradu insignitus. Siehe auch die Acten der theol. Fakultät S. 101.

[3] s. testimonium promotionis A. U. IX. 75.

[4] Vergl. S. 50: Anno 1581. ab illustrissimo principe ac domino, dom. Ludoico . . . . . ., ad tertiam professionem facultatis theologicae praesentatus est clarissimus vir dom. Jacobus Schopperus Biberacensis, sacrae theologiae doctor (!), quem academia factis faciendis recepit 4. Junij anno 1581.

Digitized by Google

conferente, viro autem praestantissimo, dom. Georgio Sohnio, theologiae eximio doctore, insignia et testimonium supremi in theologia gradus conferente, sic doctor theologiae creatus est, vt merebatur excellentissima illius virtus.

Jurisconsultorum haec nomina sunt: Georgius Cleminius, Joannes Heckman, Johannes Feierabendt, Joannes Crusius, Wolfgangus Grauius, Joannes Wernlin, Huldrichus Stiber, Beniamin Tilesius, Petrus Aldenhouius, Casparus Leisler, Georgius Ludouicus Froelich, Henricus Bergius Liuonus.

Medici erant: Sebastianus Blossius Minsingensis, Rodolfus Schlick, Joannes Straupitz Pomeranus, Johannes Cuno Norimbergensis.

Anno 1586. Calendis Decembris decano Georgio Sohn, promotore dom. Francisco Junio theologiae doctor creatus est reuerendus et doctissimus vir dom. Daniel Tossanus[1], cum iuramentum in actu promotionis prius praestitisset uetus illud, quod theologi Friderico III. electore in re tali praestiterunt.

Anno 1587. die 22. Junii decano Francisco Junio, promotore dom. Daniele Tossano theologiae doctor creatus et renunciatus est reverendus et doctissimus vir, dom. Sibrandus Lubbertus, Frisius, praestito iuramento ad eam rem legitime instituto[2].

Anno 1593. 12. Junij decano Petro Calamino doctore disputauit pro gradu doctoratus M. Dauid Pareus, Silesius, primarius praeceptor collegij sapientiae et senatus ecclesiastici assessor. Idem promotus in doctorem 5. die Julij, promotore dom. Daniele Tossano[3].

141. Anno 1594. reuerendus dominus M. Franciscus Gomarus, Brugensis Flander, solennibus literis uocatus ad tertiam professionem theologicam Lugdunum Batauorum, Francofurto ad Moenum huc se contulit, ubi per septennium ecclesiae Belgicae praefuerat, et eum in hac academia superioribus annis per biennium theologiae operam dedisset, gradum doctoratus a nostra facultate petijt, quem praestitis prae-

---

[1] Vergl. S. 84: Anno 1586, clarissimo uiro dom. Joanne Jacobo Grynaeo ex hac academia, in qua biennium fere docuerat, Basileam reuocato, mense Martio presentatus ab illustr. principe Joanne Casimiro, electoralis Palatinatus administratore etc., reuerendus et doctus uir Daniel Tossanus primum menses aliquot extra ordinem docuit, deinde ordinariam noui testamenti professionem mense Nouembri et Calendis Decembris gradum doctoris secundum leges suscepit.

[2] Vergl. S. 126: Die Mercurii 17. Maii reuerendus vir dom. Sibrandus Lubbertus, Frisius, scholae Franikanae in Frisia occidentali professor ordinarius, in collegio facultatis nostrae examinatus est pro adipiscendo doctoris gradu. Die sabbathi 27. eiusdem mensis publicam disputationem habuit de hac quaestione, an homo in hac vita legem dei perfecte praestare possit. Die Mercurii ultimo lectionem quam vocant cursoriam publice habuit in auditorio facultatis nostrae et locum Galat. II. 15 interpretatus est. Tandem die 22. Junii ornatus est doctoris gradu in summo templo, quod a s. spiritu nomen habet.

[3] Vergl. S. 140: . . . . quae solennitas in primis celebris fuit etiam ideo, quia eodem tempore alij quoque XVI iurisconsulti et unus medicus in sua facultate doctores renunciati sunt atque ipse illustr. princeps Fridericus IV., patronus noster clementissimus, una cum praecipuis suis consiliarijs ac ministris tum actui tum prandio interfuit.

Digitized by Google

standis, examine nimirum accurato instituto, disputatione publica de coena domini praeside clar. viro dom. Petro Calamino et lectione cursoria habita, cum laude consecutus est in actu solenni, praesente et consentiente magnifico rectore dom. doctore Theophilo Madero et caeteris academiae proceribus lectissimaque studiosorum corona, licentiam theologiae conferente me Daniele Tossano decano, summos uero doctoratus honores clarissimo uiro dom. doctore Jacobo Kimedoncio, veteris testamenti interprete, idque die decima quarta Martij. Testimonium accepit a facultate.

Anno 1594. 4. die Julij actum est conuiuium in Contubernio cohonestantibus illustrissimis principibus dom. Friderico IV. electore et dom. Christiano Anhaldino principe. Promotus fuit in s. theologiae doctorem dom. Conradus Vorstius Agrippinensis, promotore reuerendo et clarissimo uiro dom. Jacobo Kimedoncio, M. autem Tobias Pezelius Witebergensis in eodem actu promotus fuit in licentiatum theologiae, uterque praestitis praestandis, una cum sex alijs doctoribus iuris et uno licentiato iuris vtriusque.

Anno 1596. mense Julio dom. Abel Bedeus, Gallicanae ecclesię pastor, praestitis omnibus praestandis a decano Petro Calamino licentiam et a dom. Tossano docturae gradum consecutus est. Deus honori et labori eius benedicat. 148.

Anno 1600. 26. Junij solenni actu promotionis insignia doctoralia collata sunt: a facultate theologica dom. Quirino Reutero et dom. Bartolomeo Coppenio[1]; a facultate iuridica quatuor candidatis et quinto insuper licentia; a facultate medica dom. Dauidi Lipsio, Erfurdano. 161.

Anno 1602. 22. Februarij M. Bartholomaeus Keckermannus, Dantiscanus, tertius praeceptor collegij sapientiae et sacrae linguae professor, a facultate theologica petiuit licentiam in theologia. 24. Februarij ad examen admissus est. 23. Martij ei licentiam theologicam iuxta leges facultatis in auditorio magno publico actu contulit David Pareus, tum decanus.[2] 167.

Anno 1605. 7. Nouembris Petrus Clignetus, Aquisgranensis, promotore reverendo et clarissimo viro dom. Davide Pareo gradum doctoratus suscepit. 175.

---

[1] Vergl. S. 156: 25. Febr. 1600 M. Coppenius (candidatus pro gradu doctorali) praemisso tentamine doctrinae ex veteri et novo testamento ac tandem praestitis praestandis in facultatem nostram receptus est. Eodem idem M. Coppenius praestito iuramento consueto in senatum academicum adoptatus est tertius professor locorum communium. Martij reuerendus et clarissimus vir M. Quirinus Reuter, Mosbacensis Palatinus, primarius praeceptor collegij sapientiae, comparuit coram facultate ac rationibus quibus duceretur expositis, repetita etiam fidei doctrinae et vitae hactenus actae commemoratione, supremas in theologia honores sibi cum M. Coppenio in proxima promotione conferri petiuit. Cui petitioni facultas, cum rationes allatae non leves viderentur et petentis eruditio ac pietas publice nota esset, non gravatim locum dedit, remisso ei consueto examine, sic tamen, ut iuxta leges publica disputatione et lectione cursoria iudicium facultatis comprobaret.

[2] «6. Julij 1603 promotio fuit doctoralis et creatus medicinae doctor Nicolaus Matthiades Bachendorpius, Danus».

Digitized by Google

194. Anno 1613. 18. Novembris solenni ritu conferebantur insignia doctoralia reverendo et clarissimo viro dom. Heinrico Altingo, locorum communium professori[1], doctore Bartholomaeo Coppenio promotore designato, cum prius a decano licentiam impetrasset, verba faciente eodem de nupero Jesuitarum cum Durlacensibus ministris colloquio.

201. Anno 1615. 3. Julij Simon Erbbrauchhausen, Lemgoviensis, docturam theologicam petijt a facultate, adductis rationibus aequis et natalium vitaeque testimonio per dom. doctorem Pareum exhibito. Cumque annuisset facultas, diebus 27. 28. Julij examinatus fuit, die 12. Augusti praeside dom. doctore Coppenio disputavit, 15. Augusti lectionem cursoriam habuit de tribus testibus ex 1 Joh. 5. et tandem 17. eiusdem a me decano (Henrico Alting) in licentiatum, a dom. doctore Pareo in doctorem promotus fuit, concurrente in facultate medica promotione Gregorij Martinij Silesij, quam ob morbum promotoris dom. doctoris Gravij solus dom. Opsopoeus peregit.

204. Anno 1616. 11. Aprilis doctoris dignitas publice collata fuit reverendo viro M. Cunrado Deckero[2], primario praeceptori collegij sapientiae, licentiam ei conferente me decano (Davide Pareo), docturam vero theologicam promotore rite designato dom. Heinrico Altingo, locorum communium theologicorum professore ordinario. Eodem actu in auditorio novo iurisconsultorum conferebantur a facultate iuridica insignia doctoralia novem candidatis vtriusque iuris. Solennitati publicae interfuit serenissimus elector Fridericus V., sed non prandio.

211. Anno 1618. 7. Martij serenissimus elector confirmauit in professione theologica M. Abrahamum Scultetum (concionatorem aulicum), qui 20. eiusdem eam auspicatus est oratione inaugurali de philologia cum theologia coniungenda. 4. Julij disputavit pro gradu, proposita demonstratione antichristi, praeside dom. Pareo, denique 20. Augusti gradum theologicum in panegyri academiae suscepit, licentiam decano dom. Alting, docturam promotore dom. Pareo conferente.

